

George Bancroft.

DEMOSTHENIS

ET

ÆSCHINIS

QUÆ EXSTANT OMNIA

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

CONTINUA INTERPRETATIONE LATINA

VARIETATE LECTIONIS

SCHOLIIS TUM ULPIANEIS TUM ANONYMIS

ANNOTATIONIBUS VARIORUM

H. WOLFII OBSOPŒI TAYLORI MARKLANDI JURINI
MOUNTENEII STOCKII HARLESII F. A. WOLFII SPALDINGII
AUGERI RÜDIGERI WUNDERLICHII BREMII
ALIORUMQUE ET SUIS

ILLUSTRAVIT

GULIELMUS STEPHANUS DOBSON A.M.

REGIÆ SOCIETATIS LITERARUM SOCIUS

ACCEDUNT ANIMADVERSIONES

REISKII DOUNÆI WEISKII AMERSFOORDTII

ET NUNC PRIMUM PUBLICI JURIS FACTÆ

THOMÆ STANLEII VEL POTIUS JACOBI DUPORTI

TOMUS TERTIUS

DEMOSTHENIS PUBLICÆ ET EXCEPTIONES

LONDINI

PROSTANT APUD J. F. DOVE

MDCCCXXVIII.

TABULA

EORUM QUÆ CONTINENTUR

IN

TOMO TERTIO.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ

Ο ΚΑΤΑ

ΜΕΙΔΙΟΥ

ΛΟΓΟΣ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΟΝΔΥΛΟΥ.

I. TAYLORI

PRÆFATIO

AD

ORATIONEM DEMOSTHENIS

CONTRA MIDIAM.

MIDIAS, Midiæ F. Atheniensis, domo Anagyrasius, homo divitiis abundans et luxurie diffluens, præstantissimæ huic Orationi, uti ex argumentis didicisti, materiam præbuit. Quam et multi ex antiquis Scriptoribus certatim laudant, (cujus vocabuli vis ut varia est, nam ea et *citare* et *commendare* dicimus, ita varie utor) eximius ille Criticus, Longinum intelligo, a nonnullis existimatur commentariis suis illustrasse. Qui quidem Commentarii (si tamen scripserit, nam de ea re valde dubito) una cum multis ad hanc orationem a veteribus Scriptoribus annotatis penitus interciderunt. Multis, inquam, quoniam, ut ait Photius Cod. CCLXV. γέγονεν οὗτος ὁ λόγος οὐκ ὀλίγοις ἐν σπουδῇ, καὶ τῆς πρὸς ἀλλήλους ἀμφισβητήσεως ἀφορμὰς παρέσχε· καὶ οἱ μὲν τοῦ παθητικοῦ χαρακτῆρος εἶναί φασιν αὐτὸν, μετὰ δεινώσεως ἐπειργασμένον, οἱ δὲ τοῦ πραγματικοῦ, et quæ sequuntur. Habitam quidem non fuisse, id profecto vero est simillimum, cum Æschines (quem, licet infensissimum, et exprobranti similem, tamen in re nuperrime prorsus gesta ideoque pervulgatissima, πρὸς εἰδότας permentiri ægre existimabis) Demostheni objiciat, eum injuriam istam cum Midia transegisse, et Populi, quod obtinuit, præjudicium triginta minis fuisse cauponatum. Καὶ ταῦτα ἤδη τὰ περὶ Μειδίαν, καὶ τοὺς κονδύλους, οὓς ἔλαβεν ἐν τῇ ὀρχήστρᾳ χορηγὸς ὢν, καὶ ὡς ἀπέδοτο τριάκοντα μνῶν ἅμα τε τὴν εἰς αὐτὸν ὕβριν, καὶ τὴν τοῦ δήμου καταχειροτονίαν, ἣν ἐν Διονύσου κατεχειροτόνησε Μειδίου. Æsch. c. Ctesiph. [§. κʹ.] Id quod et alibi in ead. oratione innuit. [§. οδʹ.] Τοσοῦτον καταγελᾷ τῆς πρὸς ὑμᾶς φιλοτιμίας, ὥστε τὴν μιαρὰν κεφαλὴν ταύτην καὶ ὑπεύθυνον, ἣν οὗτος παρὰ πάντας τοὺς νόμους γέγραφε στεφανῶσαι, μυριάκις κατατέτμηκε, καὶ τούτων μισθοὺς εἴληφε, τραύματος ἐκ προνοίας γραφὰς γραφόμενος, καὶ κατακεκονδύλισται, ὥστε αὐτὸν οἶμαι τὰ τῶν κονδύλων ἴχνη τῶν Μειδίου ἔχειν ἔτι φανερά. ὁ γὰρ ἄνθρωπος οὐ κεφαλὴν, ἀλλὰ πρόσοδον κέκτηται. Plutarchus in vita Demosthenis, [§. ιβʹ.] ut Historicum magis decuit, rem ita exponit: Δῆλος δ' ἔτι καὶ τὴν κατὰ Μειδίου παρασκευασάμενος εἰπεῖν δίκην, δύο μὲν ἐπὶ τοῖς τριάκοντα

γεγονὼς ἔτη, μηδέπω δ' ἔχων ἰσχὺν ἐν τῇ πολιτείᾳ, μηδὲ δόξαν. ὃ καὶ μάλιστά μοι δοκεῖ δείσας, ἐπ' ἀργυρίῳ καταθέσθαι τὴν πρὸς ἄνθρωπον ἔχθραν·

Οὐ γάρ τοι γλυκύθυμος ἀνὴρ ἦν, οὐδ' ἀγανόφρων,

ἀλλ' ἔντονος καὶ βίαιος περὶ τὰς ἀμύνας· ὁρῶν δ' οὐ φαῦλον, οὐδὲ τῆς αὑτοῦ δυνάμεως ἔργον, ἄνδρα καὶ πλούτῳ καὶ λόγῳ, καὶ φίλοις εὖ πεφραγμένον καθελεῖν, τὸν Μειδίαν, ἐνέδωκε τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ δεομένοις. αἱ δὲ τρισχίλιαι καθ' ἑαυτὰς οὐκ ἂν μοι δοκοῦσι τὴν Δημοσθένους ἀμβλῦναι πικρίαν, ἐλπίζοντος καὶ δυναμένου περιγενέσθαι. **Insignis est locus Isidori Pelusiot. IV. Epist. 205. quem quia non uno mendo laborat, hic describam.** πῶς δὲ Δημοσθένης — τὸν Μειδίαν οὐχ εἷλε τὸν τοσαῦτα αὐτὸν κακὰ διαθέντα; ὅτι μὲν γὰρ ἐβούλετο αὐτὸν ἑλεῖν, διὸ καὶ παντὶ σθένει τὴν κατηγορίαν ἔγραψε, δῆλον· διὰ τί οὖν οὐχ εἷλεν; οὐκ ἐπειδὴ ἀσθενεστέρους τοὺς λόγους τῆς τῶν ἐχθρῶν δυναστείας ἐνόμισεν; (Ita omnino lege cum interrogatione: aliter cadet Isidori argumentatio. Ita supra, διὰ τί Πλάτων ἐξέπεσεν; οὐκ ἐπειδὴ μηδένα τύραννον πεῖσαι ἠδυνήθη; Πυθαγόρας δὲ—; οὐκ ἐπειδή —;) οὐ γάρ τι λαβὼν, ὡς Αἰσχίνης ἔφη, ἀπέδοτο τὴν καταχειροτονίαν· οὐ γὰρ δέχεται τὴν αἰτίαν τῆς αἰσχροκερδείας ἡ μεγαλοψυχία τοῦ ῥήτορος· οὐδ' ὁ τοῖς ἐπιτρόποις ἀφεὶς τὰ πατρῷα μετὰ τὴν νίκην, οὗτος ἂν ἔλαβεν αἰσχρῶς ἀπὸ (l. ἐπὶ) τῆς κεφαλῆς. ἀλλὰ τοὺς ἐχθροὺς ἰσχυροὺς (l. ἰσχυροτέρους) ἡγησάμενος τοῦ λόγου, καὶ ὡς πρὸς τὴν ἐκείνων βίαν οὐδαμοῦ φανεῖσθαι τὴν τέχνην λογισάμενος, εὐπρεπῶς κατέθετο τὴν συμφορὰν, ἄμεινον ἡγησάμενος τῇ πρᾳότητι καθυφῆναι δόξαι τοῦ κρίσει δικαστῶν ἡττᾶσθαι. Turba quidem Scriptorum uno ore submissionem ad argentum referunt: τρισχιλίαις ἐπείσθη, τρισχιλίας λαβὼν ἀπέλυσε τῆς δίκης, et similia, Suidas, Photius, Plutarchus in vitis X. Oratorum, (si tam pugnantia scripsisse potuit) et Scriptor vitæ Demosthenicæ ἀνώνυμος, quam beneficio cl. Sallierii ex bibliotheca Regis Christianissimi descriptam teneo. Inde factum est, quod, cum hanc causam nunquam perorasse creditur, suspiciosi quidam Critici, ut Photius memorat, nævos quosdam, quales in imperfecto opere esse solent, deprehendisse sibi visi sunt. Καὶ ὁ κατὰ Μειδίου δὲ, καὶ κατ' Αἰσχίνου λόγος αἰτίαν ἔσχε τοῦ μὴ τὴν αὐτὴν κατὰ πάντα ἀρετὴν τῷ Δημοσθενικῷ συνδιασώσασθαι χαρακτῆρι. καὶ γὰρ ἐν τοῖς δυσὶ τούτοις λόγοις ἐκ διαλειμμάτων τινῶν ταῖς αὐταῖς ἐννοίαις ἐπιβάλλων, ἁμιλλᾶσθαι δοκεῖ πρὸς ἑαυτὸν, ὥσπερ ἀσκούμενος, οὐκ ἐπ' αὐτοῖς ἀγωνιζόμενος τοῖς ἔργοις. διὸ καί τινες ἔφησαν, ἑκάτερον λόγον ἐν τύποις καταλειφθῆναι, ἀλλὰ μὴ πρὸς ἔκδοσιν διακεκαθάρθαι. Photius in vita Demosthenis. Recte sane. Nam, cum §. κή. pulcherrimam quandam γνώμην, sive effatum philosophicum ad Midiam coercendum expromat, eandem, §. νά. quasi sui immemor, (vel, quod verius est, πρὸς ἑαυτὸν ἁμιλλώμενος, et re nondum satis ex-

plorata, utri loco argumenti ea ῥῆσις decentius conveniret) verbis ipsissimis et disertissima oratione repetat. Verosimilius est multo, hæc ex inconstantia, ut dixi, Auctoris profecta, qui nondum rem ad exitum perduxerat, quam consilio, et usu veterum, ut nugatur Scholiastes. Qui utrumque locum expensitaverit, mecum sentiet. Criticus ex antiquioribus memoriæ prodidit, multum in hac oratione profecisse Demosthenem ex Lysia, Lycurgo et Isæo. *Δημοσθένης εἰς τὸν κατὰ Μειδίου τά τε Λυσίου καὶ Λυκούργου ἐκ τῶν τῆς ὕβρεως λόγων, καὶ τὰ Ἰσαίου ἐκ τῶν κατὰ Διοκλέους ὕβρεως μετενήνοχε.* Theo. Progymn.

Instituta fuit hæc causa, cum Demosthenes annum ætatis ageret 33. Hoc disertissime testatur Plutarchus in vita, atque adeo Orator ipse, §. μγ΄. *οὗτος* (de Midia verba faciens) *γεγονὼς ἔτη περὶ πεντήκοντα, οὐδὲν ἐμοῦ πλείους λειτουργίας ὑμῖν λελειτούργηκεν, ὃς δύο καὶ τριάκοντα ἔτη γέγονα.* Juxta eundem Plutarchum, Zosimum, Vitæ Scriptores, Dionysium Halic. cæterosque fide dignos, natus erat Demosthenes anno, qui Centesimam Olympiadem proxime anteibat; ita ut hæc Causa, eam rem recte supputante eod. Dionysio, in annum quartum Olymp. CVII. caderet, archonte Athenis Callimacho. *Κατὰ τοῦτον γέγραπται τὸν Ἄρχοντα* [Callimachum] *καὶ ὁ κατὰ Μειδίου λόγος, ὃν συνετάξατο μετὰ τὴν, ἣν ὁ δῆμος αὐτοῦ κατεχειροτόνησε* (restitue ex MSS. *μετὰ τὴν καταχειροτονίαν, ἣν ὁ δῆμος αὐτοῦ κατεχειροτόνησε.*) Dionys. Halic. ad Ammæum. Plutarchus interea in vitis X. Oratorum, anno quarto Olymp. non XCIX. sed XCVIII. natum esse mavult auctorem nostrum. Quo duce, causam hanc meditabatur (*egisse* enim dicere, parum tutum esse videtur) anno extremo Olymp. CVI. siquidem Midiam, ut modo vidimus, in jus vocavit annos natus XXXII. At profecto ea tempestate plurimæ ex iis rebus gestæ non sunt, quas hic ut gestas Orator commemorat. Tu interea cave credas, Plutarchum Plutarcho adversari, (neque enim Tractatulus iste, quem habemus de vitis X. Oratorum, Plutarchi esse potest) verum recentem aliquem Scriptorem, Plutarchi nomine ementito, Photii, qui de Vitis Oratorum commentatus est, indiligentiam et *ἀνιστορησίαν* studiose et dedita opera descripsisse, aliquando etiam nonnullam ex proprio penu addidisse. De Samuele Petito, qui in Demosthenis Natalibus fidem Pseudo-Plutarchi computo adstruere velit, (Attic. Legg. Edit. Nov. p. 266. seq.) commodior erit dicendi locus.

Hæc Actio peculiari nomine vocatur Προβολή. De qua diligenter minus, et perfunctorie tantum, qui Jurisprudentiam Atticam profitentur. Προβολὴ erat ex iis Actionibus, quæ *publicæ* dicebantur, uti ex hac oratione liquet, §. θ΄. *Ἔστι δὲ πρῶτον μὲν ἐκεῖνο οὐκ ἄδηλος ἐρῶν, — ὡς — δίκας ἰδίας μοι προσῆκεν αὐτῷ λαχεῖν — οὐχὶ δημοσίᾳ κρίνειν αὐτόν.* et deinde, *εἰ μὴ προὐβαλλόμην αὐ-*

τὸν, ἀλλ' ἐδικαζόμην. Complectebatur quidem præcipue eos, qui in Festis et Religionibus insolenter, aut proterve egerint. Τοῦτο δὲ δημόσιον. προβολὴ γάρ ἐστιν ὄνομα δίκης κατὰ τῶν περὶ τὴν ἑορτὴν ἀδικούντων. Ulpian. ad init. hujus Orationis. Προβολὴ ἡ κλῆσις εἰς δίκην κατὰ τῶν κακόνως πρὸς τὸν δῆμον διακειμένων — προβολαὶ δὲ ἦσαν καὶ αἱ τῆς συκοφαντίας γραφαί. ἐγίνοντο δὲ καὶ περὶ τῶν ἐξυβρισάντων, ἢ ἀδικησάντων, ἢ ἀσεβησάντων περὶ τὰς ἑορτὰς, ὡς ἡ κατὰ Μειδίου Προβολή. Poll. l. 8. c. 6. §. 46. Ἐν δὲ τῷ κατὰ Μειδίου, καὶ προὐβαλλόμην, φησὶν, ἀδικεῖν τοῦτον περὶ τὴν ἑορτὴν, ἀντὶ τοῦ προβολῇ ἐχρησάμην τῇ συνήθει καὶ νομιζομένῃ κατὰ τῶν περὶ τὴν ἑορτὴν ἀδικούντων, ὠνόμασα τοῦτον ἐν τῷ δήμῳ. Harpocr. Sycophantas etiam, ut ex Xenophonte, Æschine et Isocrate discimus. Οὐ πολλῷ χρόνῳ ὕστερον μετέμελε τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ ἐψηφίσαντο, οἵτινες τὸν δῆμον ἐξηπάτησαν, προβολὰς αὐτῶν εἶναι, καὶ ἐγγυητὰς καταστῆσαι, ἐὰν κριθῶσιν — προὐβλήθησαν δὲ καὶ ἄλλοι τέτταρες. Xenoph. Hist. Gr. l. 1. exeunte. Τῇ μὲν Φήμῃ δημοσίᾳ θύομεν, ὡς Θεῷ· τῶν δὲ συκοφαντῶν, ὡς κακούργων, δημοσίᾳ προβολὰς ποιούμεθα. Æschin. π. παραπρεσβ. [§. με'. fin.] Περὶ δὲ τῶν συκοφαντῶν χαλεπωτέρους, ἢ περὶ τῶν ἄλλων κακουργιῶν, τοὺς νόμους ἔθεσαν. τοῖς μὲν γὰρ μεγίστοις τῶν ἀδικημάτων ἐν ἑνὶ τῷ δικαστηρίῳ τὰς κρίσεις ἐποιήσαντο· κατὰ δὲ τούτων, γραφὰς μὲν πρὸς Θεσμοθέτας, εἰσαγγελίας δ' εἰς τὴν Βουλὴν, προβολὰς δ' ἐν τῷ δήμῳ, νομίζοντες τοὺς ταύτῃ τῇ τέχνῃ χρωμένους ἁπάσας ὑπερβάλλειν τὰς πονηρίας. Isocr. de Permutatione. Similiter in Accessionibus ad Harpocrat. ineditis, ex Cod. MS. in Biblioth. Reg. Cant. dicuntur ea actione teneri, qui Argentifodinas publicas clam exercent, aut aliquid demum ex publicis rationibus aliquo modo depeculantur. Errare ergo videtur T. Magister, cum scribit, ad Dionysia et in iis ἀδικήματα proprie pertinere, ad cætera improprie trahi hoc vocabulum. Προβολὴ καὶ ἡ κατὰ τῶν ἀσεβούντων ἐν τοῖς Διονυσίοις κατηγορία. καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἡ περὶ πάσης δίκης κατηγορία. ὡς Αἰσχίνης· δημοσίᾳ προβολὰς ποιούμεθα. Locum Æschinis modo laudavimus. Προβολαὶ igitur erant quasi *Provocationes ad Populum*, statim et indesinenter factæ, παρ' αὐτὰ τἀδικήματα, ut loquitur noster, §. θ. med. §. ξ'. et, τότε ἐν τῷ δήμῳ παραχρῆμα ἐξήλεγξα, §. ζ'. Quod si Populi præjudicium fieret, causa ad Thesmothetas deferebatur, qui eam ad judices adducebant, ut ibi περὶ τῆς τοῦ δήμου καταχειροτονίας, quo modo loquitur Libanius in argumento, contentio fieret. Καὶ τὰς εἰσαγγελίας εἰσαγγέλλουσιν, καὶ τὰς προβολὰς εἰσάγουσιν, καὶ τὰς τῶν παρανόμων γραφάς. Poll. VIII. 9. Vid. σχ. Ulpian. ad hæc verba Demosthenis §. β'. καὶ κατηγορήσων, ἐπειδή τις εἰσάγει, πάρειμι, ὡς ὁρᾶτε. Hanc denique actionem, ut omnes eas, quæ in publico jure versabantur, ἐξῆν τῷ βουλομένῳ γράφεσθαι, quoniam ad Remp. crimen spectare videbatur; hac tamen addita cautione, quod ὁ μὴ μεταλαβὼν τὸ

πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, προσωφλίσκανε χιλίας. Poll. VIII. 6. Sunt autem qui existimant, προβάλλεσθαι, ut εὐθύνειν, εἰσαγγέλλειν, γράφεσθαι etc. de *Criminalibus* actionibus, prout a Civilibus distinguuntur, intelligi debere. Inter quos est magnus Budæus. [Δίκαι ἴδιαι et δημόσιαι are they distinguished, as we do *Actions civil* and *criminal?* TAYLOR in schedis.]

Liberalitatem hanc Demosthenis, benevolentiamque in Tribum, qua se ipse ultro, cæteris renuentibus, Ludorum Curatorem designavit, honestissimo præconio nobilitavit Populiscitum, quod rogavit Demochares, ubi inter cætera legitur:

ΚΑΙ ΧΟΡΗΓΙΑΝ ΑΝΔΡΑΣΙΝ ΕΠΙΔΟΝΤΙ ΟΤΕ ΕΚΛΕΙΠΟΝΤΩΝ ΤΩΝ ΠΑΝΔΙΟΝΙΔΩΝ ΤΟΥ ΧΟΡΗΓΕΙΝ ΕΠΕΔΩΚΕ. κ. τ. λ.

Quod ad Midiam attinet, erat homo divitiis, auctoritate, et potentia apud suos nobilis: præter modum contumeliosus, ut ex hoc judicio liquet, et narratione etiam lepida, quæ apud Diogenem Laertium exstat in vita Diogenis Cynici: Ἀλλὰ καὶ Μειδίου κονδυλίσαντος αὐτὸν [Diogenem] καὶ εἰπόντος· Τρισχίλιαί σοι κεῖνται ἐπὶ τῇ τραπέζῃ· τῇ ἑξῆς πυκτικοὺς λαβὼν ἱμάντας, καὶ καταλοήσας αὐτὸν ἔφη· Τρισχίλιαί σοι κεῖνται ἐπὶ τῇ τραπέζῃ. Credibile fortasse quibusdam videri possit, et ex hac historiola, et ex pretio, quo superius causam hanc transegisse Demosthenes dicitur, Talenti dimidium, sive MMM drachmarum summam, vel lege vel moribus fuisse in his contumeliis definitam. Perinde ut in antiquo jure Romanorum, in summa Auri raritate, contumelias et verbera pauxillulo nummorum æstimabant. Unde homunculus apud Gellium XX. 1. in re lauta positus, Midiæ consimilem ludum lusisse dicitur. *Quidam Lucius Veratius fuit, egregie homo improbus atque immani vecordia. Is pro delectamento habebat os hominis liberi manus suæ palma verberare. Eum Servus sequebatur, crumenam plenam assium portitans: et quemcunque depalmaverat, numerari statim secundum XII. Tabb. quinque et viginti asses jubebat.* Ut ad Midiam revertar, videtur ex Plutarcho olim adducto in vita Demosthenis, facundia præcelluisse, causasque aliquando publicas egisse, ut liquet ex initio Androtianæ. Honoribus multis in Rep. functus, etiam eo ipso tempore, quo Demosthenem lacessivit, (si Ulpiano credimus) ἱππαρχίαν gessit, et militiæ equestris curam habuit; unde lux aliqua loco Orationis Midianæ, sc. §. ζ'. non plene adhuc intellecto, et, si hanc notitiam Hominis demseris, subobscuriori, affundi poterit. Olymp. CX. 1. ad Concilium Amphictyonicum cum potestate missus, Æsch. c. Ctesiphontem. Thrasylochum fratrem habuit, Demostheni pariter infensum, ut ex hac, et II. c. Aphobum, oratione constat. An causam egerit c. Phocionem ἐπὶ Ξενίου ἄρχοντος [sc. Olymp. CXVIII. 4.] ut affirmat Plutarchus in Hyperide, id profecto vehementer disputo. Nam et constat ex Auctoribus, quos longe ma-

joris facio, quam hunc homuncionem, Phocionem cicutam bibisse Olymp. CXV. 3. et Midiam, tum, cum Æschines in judicium adduxit Ctesiphontem, sc. Olymp. CXII. 3. teste ipso Æschine in eadem oratione, atque etiam dolente, desiisse inter vivos numerari. En Historicum fide dignum! En illum, quem vocant Plutarchum. TAYLOR.

SPALDINGII PRÆFATIO.

* * *

NUNC, antequam ad ipsum oratorem dimittam lectorem, monenda mihi sunt aliqua, universe ad Atticæ orationis, et hujus potissimum, interpretationem spectantia.

Si sit judicialis oratio, quam legimus, ut est nostra, compellat plerumque orator judices suos, ibique apud Atticos recurrit semper illud: ὦ ἄνδρες δικασταὶ, vel, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι. Eæ locutiones ex Attici fori natura sunt repetendæ. Cum enim populus ipse judicum muniis obeundis libertatis suæ usum exerceret, eodem redit, sive δικαστὰς sive Ἀθηναίους appellet auditores orator. Non loco nobili nati, non literis aut aliqua artificiali jurisprudentia instructi erant ii, qui judices sederent apud Athenienses; sed, qui homo esset et civis, is etiam recte judicare posse credebatur. Quæ judiciorum conditio, ut æqualium nostrorum aliquot futili, quam appellant, philosophiæ et levitati democraticæ magnopere fortasse arridebit, ita magis sobrie philosophantibus pestifera veræ libertati justitiæque et fuisse et esse debere videbitur. Præter Consilium in Colle Martio (τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴν) quod solum, etiam post Periclis circumscribendi ejus conamina haudquaquam irrita, dignitatem aliquam conservabat, decem alia erant tribunalia, quorum quatuor cædes non consulto factas judicabant, paullo majori diligentia delecta illa, neque mera sorte data: sex autem de civilibus causis cognoscebant, in quibus levitas et nequitia Atheniensium grassabatur in primis. Horum judices sorte capiebantur omniumque ordinum civibus 30 annos natis aditus ad ea patebat. Nobilissimum eorum erat Ἡλιαία, non semper eodem constans illud judicum numero (etsi proprii ejus tribunalis erant quingenti judices) sed auctum, in majoribus causis, aliorum judiciorum accessione, qua ratione bis mille interdum sedebant judices. Apud hos causam dixisse Socratem ingeniose disputat Buganvillius in Commentariis Academiæ bonarum literarum Gallicæ V. 18. p. 87. Cum itaque judices in orationibus appellantur ἄνδρες Ἀθηναῖοι, probe id distinguendum est ab ipsius populi nomine, qui interdum hisce diserte opponitur, ut in nostra §. μη΄. ὅσων, καταχειροτονήσαντος τοῦ "δήμου", ὑμεῖς κατεγνώκατε "ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι." Populus ille, est concio (ἐκκλησία). De judicibus Atheniensium locus

est aliquis in nostra oratione, in quo etiamnum hæreo. Negat Demosthenes (§. ξβ'.) τῷ μεθ' ὅπλων εἶναι συντεταγμένους μόνους τῶν ἄλλων πολιτῶν, τοὺς ἀεὶ δικάζοντας ἰσχυροὺς εἶναι. Id quomodo sit intelligendum, non habeo dicere. Armati igitur judicabant? An circumstabant Scythæ, Reipublicæ satellites, tribunalia? Concioni tamen et senatui iidem præsto erant, ut non possent dici judices μόνοι τῶν ἄλλων πολιτῶν μεθ' ὅπλων συντεταγμένοι, in qua ipsa loquendi forma obscuritas est quædam. Nota fortasse res est peritioribus, ego nihil de ea apud scriptores inveniebam; et Ulpianus in extremis hisce deficit.

Dionysiorum vel Liberalium, festi Atheniensium, ratio, etsi a summis viris, Ruhnkenio (ad calc. Hesychii) et Barthelemio, (In Commentt. Acad. bon. lit. V. 39. p. 173. seqq.) luculentissime exposita, tamen ad nostram orationem non satis mihi videtur collata esse. Tria erant harum feriarum genera: Ruralia Dionysia, Lenæa, et Magna. Jam neminem eorum VV. DD. qui orationem nostram tractarunt subiit quærere: quo potissimum horum trium festorum pugnis a Midia cæsus esset Demosthenes? Lex, quæ recitatur §. γ'. quæque ex ea repetit orator §. δ'. docent, post Pandiorum, vel Jovialium, festum comitia ea esse haberi solita, quibus de peccatis circa Dionysia judicaret populus. Jam videtur fore ut pateat, quæ potissimum intelligantur Dionysia, si constet in quod tempus anni ceciderint Jovialia. Ea autem (si modo Πάνδια et Διάσια eadem sunt festa, quod Tayloro facile credo) Scholiastes Aristophanis ad Nub. 407. mense Anthesterione (respondet is nostris Januario et Februario dimidiatis singulis) exeunte celebrari solita esse narrat. Hunc si sequimur, quæ alia possunt intelligi Dionysia nisi Lenæa aut Anthesteria, quæ Lenæone aut Anthesterione (idem est mensis, idemque festum, duplici appellatione) celebrabantur? Eo igitur festo vapulavit Demosthenes. Sed obstat, quod ipse dicit §. κά. fin. ἐναντίον πολλῶν — ξένων — ὑβριζόμην. cf. etiam §. 60. post med. Lenæis enim Dionysiis non intererant peregrini, quod docet luculentus Aristophanis locus in Acharnensibus v. 501. 502. Quo accedit, Dionysia, si simpliciter appellentur, e Ruhnkenii sententia, manifestis argumentis firmata ea, intelligenda esse magna, vel urbana. Quo minus itaque putemus injuriam a Midia factam esse Demostheni Διονυσίοις ἀστικοῖς, nihil impedit nisi Scholiastes ille Aristophanis, Jovialia mensi Anthesterioni assignans, cum magna Liberalia mense Elaphebolione (Februario nostro et Martio æquali) celebrarentur. Sed, idem si erroris convictus est, in miscendis Ληναίοις et τοῖς κατ' ἀγροὺς, a summo Ruhnkenio, ad Acharnensium v. 201., quidni eum, itidem in tempore τῶν Πανδίων designando, hallucinatum esse suspicemur, cum nihil præterea ejus sententiæ faveat? Harpocratio et

Suidas Jovialia post Liberalia fuisse celebrata narrant, quo ipso magna, vel urbana, innuunt Liberalia. Si velis itaque defendere Scholium ad Arist. Nubes, Taylori rationem deseras necesse est, et Διάσια a Πανδίοις differre agnoscas. Ea est Corsini in Fastis Atticis sententia, qui Διάσια Anthesterioni assignat, Πάνδια autem Elaphebolioni. Jam ratio reddenda est lectionis a me in textum receptæ: τῇ ὑστεραίᾳ τῶν Πανδίων. Nullis ea Codd. nititur, sed est e conjectura Palmerii. Firmatur tamen satis, ipsius Demosthenis (§. δ'.) verbis; ut licuerit eam sine dubitatione in tali editione exprimere, pro Codd. et edd. depravato illo: ἐν Πανδίονι. Restat τῆς πομπῆς τῷ Διονύσῳ ἐν Πειραιεῖ mentio (§. δ'. facta) nobis expendenda. Memoratur hoc festum hoc uno loco, ut difficile sit aliquid certi de eo statuere. Si reputemus, tria etiam hic enumerari Dionysia et constare de πομπῇ τῇ ἐπὶ Ληναίῳ pariter ac de τοῖς ἐν ἄστει Διονυσίοις, reliquum esse festum Liberalium ruralium apparebit. Quid si illud est ipsum hoc ἐν Πειραιεῖ? Demus tribus Hippothoontidis erat ipse Piræeus, quod luculentis testimoniis ostendit Meursius in Piræeo. In demis autem agebantur Διονύσια τὰ κατ' ἀγρούς, ut ex Aristophanis Acharneusibus docet Ruhnkenius l. c., quo pertinent hæc potissimum Comici verba (v. 263—267): φαλῆς — ἕκτῳ σ' ἔτει προσεῖπον, εἰς τὸν "δῆμον" ἐλθὼν ἄσμενος. Optaverat autem antea (v. 260) idem qui illa dicit Dicæopolis, ut sibi liceret ἀγαγεῖν — τὰ κατ' ἀγροὺς Διονύσια. Ejusdem generis videntur esse τὰ ἐν Βραυρῶνι Διονύσια, de quibus est Hemsterhusii disputatio ad Pollucis lib. 9. 74. p. 1046. Sic, pro variis, ubi agebatur, demis, varia fortasse asciscebat nomina universum hoc Liberalium ruralium festum; neque mirum sit, si Piræensia Liberalia, tanquam ceteris clariora et majori apparatu agi solita pro toto genere h. l. memorentur. Hanc qualemcunque conjecturam eruditorum examini, meliora doceri paratus, relinquo. De choragia hoc loco disputandi otium fere mihi fecit Libanius in argumento, cui addere juvabit F. A. Wolfii in Prolegg. ad Leptineam (p. 371. seqq. vol. II.) rei explicationem. Illam tangere liceat quæstionem, qualis fuerit is, quem Demosthenes instruxit, chorus? Duobus orationis nostræ locis, §. η. ubi memorantur οἱ κριταὶ τῷ ἀγῶνι τῶν ἀνδρῶν, et §. μδ'. ubi ait noster se κεχορηγηκέναι αὐληταῖς ἀνδράσι satis apparet, tibicinum fuisse eum. Κριταὶ autem illi, post editum in theatro munus, sorte ducebantur ab Archonte, festi moderatore.

Injuriæ a Demosthene acceptæ genus paullo curatius exponere non ab re fuerit. Dicitur κονδύλους εἰληφέναι. "Κόνδυλοι proprie sunt ipsæ articulorum in digitis prominentiæ, atque inde etiam plaga articulis inflicta." Verba sunt Langbænii ad Longinum (p., Tollio, 136.) cf. Arist. Hist. animall. 1; 15. Hic vapulandi

modus quam ignominiosus fuerit et servorum proprius, docet prolixe Tollius ibid. p. 232. Jungitur illi, nostræ orationis §. κά. τὸ ἐπὶ κόῤῥης τύψαι, i. e. τὸ τὴν γνάθον πλατείᾳ πλῆξαι χειρὶ e Phrynichi et Thomæ Magistri explicatione.

Oratio hæc ipsa scriptane sit solum an dicta ad judices? quærat aliquis. Docemur autem ab Æschine (§. κ'. §. οδ'. κ. Κτησιφ.) transegisse Demosthenem cum Midia, triginta minis ab eo acceptis. Posteriorem locum adscribere juvat: Δημοσθένης τὴν μιαρὰν κεφαλὴν ταύτην καὶ ὑπεύθυνον, ἣν οὗτος (ὁ Κτησιφῶν) παρὰ πάντας τοὺς νόμους γέγραφε στεφανῶσαι, μυριάκις κατατέτμηκε, καὶ τούτων μισθοὺς εἴληφε, τραύματος ἐκ προνοίας γραφὰς γραφόμενος, καὶ κατακεκονδύλισται, ὥστε αὐτὸν οἴομαι τὰ τῶν κονδύλων ἴχνη τῶν Μειδίου ἔχειν ἔτι φανερά. ὁ γὰρ ἄνθρωπος οὐ κεφαλὴν, ἀλλὰ κεφάλαιον, κέκτηται. Hic, ubi plus liceat quam in justa Æschinis editione, non dubitavi asciscere ingeniosissimam Toupii conjecturam, qua ille joco, alias infacto, aculeum se dedisse non immerito gloriatur: scribendo nimirum κεφάλαιον pro πρόσοδον, quod est in omnibus libris. Glossema hoc sapit; est enim κεφάλαιον caput, unde usuræ redeunt. Cum hac litis cauponandæ facilitate male profecto coit grandiloqua ista integritatis suæ ab omni corruptione alienæ ostentatio apud nostrum §. β'. et §. ξ'. Sic, cujus ingenium mirabamur, ejus animum pene contemnere discimus. Erat enim contra leges ipsas talis causæ remissio §. ιά. sq. et ιδ'. Quod igitur habita hæc non fuit oratio, eo factum esse putarunt veterum aliqui, ut affectam, non perpolitam, relinqueret eam orator. Inde repetitarum aliquot sententiarum rationem reddi posse judicat Photius. Ex hoc genere illa potissimum est similitudo, quam ab ἐράνῳ mutuatur bis, et §. κή. et νά. Demosthenes. Equidem Tayloro assentior qui, cum Photio, hanc iterationem commentantis fuisse putat et fluctuantis, quo loco talis sententia aptissime poneretur? Simili modo, etsi ea brevior est locutio, bis legitur: ἔσται βραχὺς ὁ λόγος κἂν ἄνωθεν κ. τ. λ. §. κγ'. et μέ. Quale autem et quantum ingenii robur in oratore nostro fuerit, id tum maxime apparet, cum inchoatum hoc ejus et affectum modo opus tot ac tantis videmus splendere virtutibus. Maximi hæc oratio semper facta est ab elegantissimis quibusque omnis ævi hominibus. Testis sit Plinius minor, citante Tayloro.

* * *

EX EDITIONE HERVAGIANA

PRÆFATIO.

Demosthenes pugno cæsus in theatro a Media Atheniensi prædivite, eum ad populum accusavit. Tunc enim ab illo pulsatus est

Demosthenes, cum Dionysia agerentur, qui ludi erant in honorem Liberi patris instituti, curatorque ludorum erat cum aliis delectus Demosthenes, quos choragos appellabant. eam injuriam, atque id crimen cum magnopere exaggerare vellet orator, aliquot hominum exempla recensens, qui ob hujuscemodi facinora in fraudem capitalem inciderant, et ab injuriam passis cæsi erant, ita inquit, οὐ γὰρ ἡ πληγὴ παρέστησε τὴν ὀργὴν, &c. Ut autem res melius intelligatur, uno aut altero versu locum altius repetitum traducam hoc modo, ac sesquiversu producam. Noverunt hoc multi, Evæona Laodamantis fratrem inter epulas, in conventuque publico obtruncatum a Bœoto, unicum ob colaphum inflictum. neque vero unica plaga iræ impetum illi, sed ignominia civit. neque cædi ingenuis grave est, tametsi est ipsum grave. id enimvero demum grave est, ad contumeliam cædi. Siquidem multa facere, o viri Athenienses, existimari potest qui alium cædit, quorum partem, ne is quidem qui verberibus afficitur, indicare satis sermone atque effari possit, ipsa perpetrandæ rei specie, obtutu truculento, vocis atrocitate, adde cum sugillandi animo, quum inimicum se profitendo, denique quum pugnis, et quum in malam cædit. Atqui hæc promovent, hæc inquam emovent de mentis suæ statu homines contumeliæ atque sugillationis insolentes. His commemorandis, o viri Athenienses, nemo est qui rei atrocitatem animis audientium oculisque repræsentare queat, præut quidem est injuria re ipsa conspicua omnibus numeris evidentiæ, iis qui rei spectatores fuerunt, ipsique adeo injuriam perpesso. Quorum verborum oratoris hæc sententia est, ea quæ rei adjuncta dicuntur (a Quintiliano etiam complexus causarum et circumstantiæ nomine appellantur, ut Græci appellant περίστασιν) esse hujusmodi, ut magna ex parte animo magis concipi, quam verbo enunciari possint. Citatur autem hic locus a Jureconsulto in Cap. Aut facta §. qualitate rixæ. ff. de pœnis. Ubi cum Jureconsultus ea amplificationis argumenta quæ a circumstantia ducuntur, in septem modos digesserit, qualitatis exemplum a Demosthene potissimum ducendum esse censuit, qui in qualitate et æstimatione injuriæ, facinoris perpetrati speciem (quod schema ipse vocat) animadvertendam esse duxit, hoc est, habitum et affectum corporis, animique tam pulsantis quam vapulantis, et quandam veluti actionem atque repræsentationem improbitatis ejus qui cædebat atque impotentis animi, contraque fœdi ac pudendi aspectus ejus qui vapulabat exhibitionem, animo obversari judicum oportere, ut pœnam pro dignitate rei statuant. In qualitate etiam ponit, truces minacesque oculos pulsantis, in eum qui pulsatur, tum vociferationem desævientis, territantisque eum qui violentiæ cedit. Quæ omnia accidere verisimile est, cum sugillandi animo id fit, id est, notam, ignominiamque inurendi homini integræ famæ intemera-

tique pudoris, quum inimicum se profitetur qui pulsat, injuriamque ita accipi vult, tanquam ab inimico offendendique cupido illatam, cum plaga infligitur non expansa manu, sed in pugnum contracta, quo ictus sit nocentior et gravior, postremo cum in eam partem corporis de industria plaga incumbit, quo atrocissima noxa corpus multari potest, sugillataque ea pars esse ac diu manere conspicua, indeque facies dehonestari. Hoc enim significat ἐπὶ κόῤῥης, id est, κατὰ τῆς σιαγόνος πατάξαι, Atticorum lingua loquentibus. quod Interpres ignarus *pupillam* transtulit, quasi κόρης Demosthenes scripsisset. Hæc sunt, inquit Demosthenes, quæ homines injuriis non assuetos animi impotentes faciunt, id est, quæ patientiam quantumvis prudenti excutiunt. Quintilianus in sexto, de concitandis affectibus loquens, " Atrocitas," inquit, " crescit ex his, quid factum sit, a quo, in quem, quo animo, quo tempore, quo loco, quo modo, quæ omnia infinitos anfractus habent." Et paulum infra, " Plurimum tamen," inquit, " affert atrocitatis modus, si graviter, si contumeliose, ut Demosthenes ex parte percussi corporis, ex vultu ferientis, ex habitu invidiam Midiæ quærit." Idem alibi, " Namque in hoc eloquentiæ vis est, ut judicem non ad id tantum compellat, in quod ipse a rei natura ducetur, sed aut, qui non est, aut majorem quam est faciat affectum. Hæc est illa, quæ Dinosis vocatur, rebus indignis, asperis, invidiosis addens vim oratio, qua virtute præter alios plurimum Demosthenes valuit." Hæc et plura in Annotationibus posterioribus in Pandect. Budæus. Quin et Alciatus eundem locum exponit Dispunctionum libro secundo, cap. 16.

ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΜΕΙΔΙΟΥ ΛΟΓΟΥ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΟΝΔΥΛΟΥ.

Pag. ed. Reisk.

ʽΕΟΡΤΗΝ ἦγον οἱ Ἀθηναῖοι Διονύσῳ, ἣν ἐκάλουν ἀπὸ τοῦ θεοῦ Διονύσια· ἐν δὲ ταύτῃ τραγικοὶ, 508
καὶ κωμικοὶ, καὶ αὐλητῶν χοροὶ διηγωνίζοντο. καθίστασαν δὲ τοὺς χοροὺς αἱ φυλαὶ, δέκα τυγ-
χάνουσαι· χορηγὸς δὲ ἦν ἑκάστης φυλῆς, ὁ τὰ ἀναλώματα παρέχων τὰ περὶ τὸν χορόν. ὁ 509
τοίνυν Δημοσθένης τῆς ἑαυτοῦ φυλῆς, τῆς Πανδιονίδος, ἐθελοντὴς ὑπέστη χορηγός. ἐχθρῷ δὲ κεχρημένος τῷ Μειδίᾳ, τῶν πλουσίων ἑνὶ, φησὶ μὲν καὶ ἄλλα [1] περὶ τὴν χορηγίαν [2] αὐτοῦ πεπονθέναι κακῶς, τὸ δὲ τελευταῖον, ἐπὶ τῆς ὀρχήστρας κονδύλους [3] ἔλαβεν ἐναντίον πάντων τῶν θεατῶν. ἐπὶ τούτῳ κατηγόρησεν ἐν τῷ δήμῳ τοῦ Μειδίου, ὡς ἠσεβηκότος εἰς τὴν ἑορτὴν, καὶ [4] εἰς τὸν Διόνυσον. ἐκαλεῖτο δὲ ἡ τοιαύτη κατηγορία, προβολή. ὁ μὲν οὖν δῆμος κατέγνωκε τοῦ Μειδίου τὴν ἀσέβειαν. ἀγωνίζονται δὲ νῦν ἐν δικαστηρίῳ, περὶ τῆς τοῦ δήμου καταχειροτονίας. ἔδει γὰρ, καταγνόντος τοῦ δήμου, [5] δικαστήριον κρῖναι δεύτερον. ἔστιν οὖν ὁ ἀγὼν περὶ ὑποτιμήσεως. οὐ γὰρ περὶ τοῦ μηδὲν ἀδικεῖν ὁ Μειδίας ἀγωνίζεται, ἀλλὰ περὶ τοῦ τιμήματος, πότερον ὕβρεως, ἢ ἀσεβείας ὀφείλει δίκην. ὁρικὸς οὖν ὁ λόγος τῇ στάσει, τοῦ μὲν Μειδίου λέγοντος, ὕβριν εἶναι τὸ πραχθὲν, ἐπειδὴ ἔτυψεν ἄνδρα ἐλεύθερον· τοῦ δὲ Δημοσθένους, ἀσέβειαν, ἐπειδὴ χορηγὸς ἦν ὁ τυφθεὶς, καὶ ἐν Διονυσίοις, καὶ ἐν τῷ θεάτρῳ· διὰ γὰρ τούτων καὶ ἠσεβηκέναι τὸν Μειδίαν φησίν· ὡς εἶναι διπλοῦν ὅρον κατὰ [6] σύλληψιν, ὅταν μὴ ἐκβάλλοντες τὸ ὑπὸ τῶν ἀντιδίκων εἰσαγόμενον ὄνομα, καὶ ἕτερον αὐτῷ προστιθῶμεν, ὥσπερ ἐνταῦθα ὁ Δημοσθένης, τοῦ Μειδίου λέγοντος ὑβρικέναι, οὐκ ἐκβάλλει μὲν οὐδὲ τὴν ὕβριν, προστίθησι δὲ αὐτῇ καὶ τὴν ἀσέβειαν.

[7] ΕΤΕΡΑ ΥΠΟΘΕΣΙΣ. 510

ΔΙΑΦΟΡΟΙ παρ᾽ Ἀθηναίοις ἤγοντο ἑορταί. ἐν αἷς ἦν τὰ Παναθήναια, ἅπερ ἦν διπλᾶ, μικρά τε καὶ μεγάλα. καὶ τὰ μὲν μεγάλα κατὰ πενταετηρίδα ἐτελεῖτο· τὰ δὲ μικρὰ κατὰ τριετη-

[1] ἐπὶ R. [2] ὑπ᾽ αὐτοῦ T. [3] λαβεῖν T. [4] Deest εἰς. T. [5] τὸ δικαστ. κρῖναι T. [6] σύλληψιν. ἔστι δ᾽ οὗτος, ὅταν T. [7] ΑΛΛΩΣ.

ΠΕΡΙ] Ita ex Codd. Regg. α. β. et Vindob. non ὑπὲρ cum vulgatis. Taylor.

Περὶ τὴν χορηγίαν] Ἐπὶ Editt. superiores, Ald. Felic. et Paris. cum MS. Baroc. et Vindob. Wolfius περὶ vel κατὰ legit. Variatum est in cæteris. παρὰ, ὑπὸ, Man. Codd. Regg. Lind. Ven. Bodl. Istud παρὰ est omnium optimum. Demosthenes statim ineunte oratione, § ά. πολλὰ καὶ βίαια παθὼν παρὰ πᾶσαν τὴν χορηγίαν. Proxime τὴν χορηγίαν αὐτοῦ Ald. Felic. Man. Paris. et MSS. nonnulli. Taylor. Vix dubito, quin, pro περὶ τὴν χορηγίαν αὐτοῦ πεπονθέναι, sit scribendum: παρὰ (hoc e Paris. α. nam περὶ sine auctore datum est ab H. Wolfio) τὴν χορηγίαν ὑπ᾽ (hoc de conjectura additur) αὐτοῦ (lenem aliquot edd. habent) πεπονθέναι. Spalding.

Λαβεῖν] Ἔλαβεν cum Ald. Bar. Felic. Man. Paris. Vindob. etc. legit et interpretatus est Wolfius. διέλαβεν Ven. λαβεῖν margo Benenati. Taylor.

Προβολὴ] Videtur latius patuisse hoc actionis genus, quam hic a Libanio et a Thoma Magistro quoque finitur, qui fuisse ait actionem in eos, qui in festo Dionysiorum deliquissent, καταχρηστικῶς δὲ καὶ τὴν περὶ πάσης δίκης κατηγορίαν. Aptissime ex locis Xenophontis, Isocratis et Æschinis, apud Taylorum in præf. ad hanc or. exhibitis, dixeris fuisse *Provocationem ad populum*. Spalding.

Τὴν ἀσέβειαν] Τὴν ante ἀσέβειαν abjecerim. Idem.

Περὶ ὑποτιμήσεως] De æstimatione litis, ὅ, τι χρὴ παθεῖν, ἢ ἀποτίσαι. Postea [sc. §. θ'. *med.*] τὴν ὑποτίμησιν alio nomine τὸ τίμημα vocat. Wolf.

Στάσει] De *constitutione causarum* (vel statu) et quidem hac potissimum *definitiva* (ὁρικὴ στάσις) tironibus consulendus est Cic. de Inv. l. 1. c. 8. it. Quint. III. 6. 79. et passim hoc capite; loquitur enim Fabius ut de nota re, neque justam adhibet definitionem. Spalding.

ΕΤΕΡΑ ΥΠΟΘΕΣΙΣ] Desideratur hoc posterius Argumentum, quod ex editione Taylorana edere curavimus, in editione Spaldingii.

Διπλᾶ] Restituimus ex Edit. Paris. et MS. Vindob. Taylor.

ρίδα. ἐν μὲν οὖν ταῖς μεγάλαις γυμνάσιά τινα ἐγίνοντο, καὶ προὐβάλλετο ἀφ' ἑκάστης φυλῆς εἷς γυμνασίαρχος, λαμβάνων χρήματα εἰς τὸ γυμνάζειν τοὺς ἐπιτελέσοντας τὴν ἑορτὴν, καὶ [1] δώσων τὰς τούτων δαπάνας τοῖς τῆς ἑαυτοῦ φυλῆς. ἤγετο δὲ παρ' αὐτῶν καὶ τὰ Διονύσια, καὶ ταῦτα διπλᾶ, [2] μικρά τε κατ' ἔτος ἐν ἄστει, καὶ μεγάλα διὰ τριετηρίδος ἐν τοῖς ληνοῖς· ἐν οἷς προὐβάλλετο χορηγὸς ἀφ' ἑκάστης φυλῆς πρὸς τὸ τρέφειν χοροὺς παίδων τε καὶ ἀνδρῶν· ἐλάμβανε δὲ εἰς τοῦτο χρήματα. ἐπιστάσης δὲ τῆς ἑορτῆς, ἠγωνίζοντο πρὸς ἀλλήλους οἱ χορηγοὶ καὶ ἤριζον, ὕμνους εἰς τὸν Διόνυσον ᾄδοντες· καὶ τῷ νικῶντι τρίπους τὸ ἆθλον ἦν· ἐπειδὴ τὸν αὐτὸν Ἥλιον καὶ Ἀπόλλωνα καὶ Διόνυσον ᾤοντο. παυομένης δὲ τῆς ἑορτῆς, ἐν τῷ πρώτῳ μηνὶ προὐβάλλοντο οἱ χορηγοὶ τῆς μελλούσης ἑορτῆς. ἐν τοίνυν τῷ παρόντι καιρῷ προεβλήθησαν οἱ χορηγοὶ ἑκάστης φυλῆς. ἐσπάνιζε δὲ ἡ Πανδιονὶς, ἡ τοῦ Δημοσθένους φυλὴ, χορηγοῦ, καὶ ἠμέλησε τὸ πρῶτον ἔτος, τὸ δεύτερον, τὸ τρίτον. ἔθος δὲ ἦν πρὸ μηνὸς τῆς ἑορτῆς τὸν ἄρχοντα συνάγειν τοὺς χορηγοὺς ἑκάστης φυλῆς εἰς τὸ λαχεῖν περὶ τῶν αὐλητῶν· καὶ ἐλθόντων τῶν χορηγῶν ἑκάστης φυλῆς πλὴν τοῦ τῆς Πανδιονίδος, ἰδὼν ὁ Δημοσθένης τὴν ἑαυτοῦ φυλὴν ἀτιμαζομένην παρὰ
511 πάντων, τῷ μὴ κεκτῆσθαι χορηγὸν, αὐτεπάγγελτον καὶ αὐτοχειροτόνητον ἑαυτὸν χορηγὸν τῇ φυλῇ καθίστησι· κἀντεῦθεν ἐπῃνεῖτο παρὰ πάντων. [3] καὶ λαχόντος αὐτοῦ περὶ τῶν αὐλητῶν,

[1] δώσοντας τούτων
[2] μικρά τε καὶ μεγάλα, καὶ τὰ μὲν μικρὰ ἤγετο κατ' ἔτος; τὰ δὲ μεγάλα διὰ τριετ.
[3] καὶ δὴ

Δώσων τὰς] Eam utique lectionem quanquam revocavit Wolfius, interpretationemque suam juxta accommodavit, (cum Editt. constanter fere δώσοντας, quod certe pro nihilo habeo) constat tamen, MSS. Codd. vel in varietate legendi, antiquæ scripturæ auctoritatem, non Wolfii emendationem tueri, cum Lambini Codd. et Vindob. habeant εἰς τὸ γυμνάζειν τοὺς μέλλοντας ἐπιτελέσαι τὴν ἑορτὴν, καὶ διδόναι τὰς τούτων δαπάνας, et quæ sequuntur. Idem.

Τοῖς τῆς ἑαυτοῦ φυλῆς] Scil. χορευταῖς, ἢ ἀγωνισταῖς. Wolf.

Μικρά τε] Fortasse μικρά τε κατ' ἔτος (ἢ καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν) ἐν ἄστει, καὶ μεγάλα διὰ τριετηρίδος. Sic esse legendum colligi potest e vita Tragicorum Poetarum, Æschyli, Sophoclis, Euripidis, et Apharei apud Plutarchum in vita Isocratis, ubi fit mentio διδασκαλιῶν ἀστικῶν καὶ ληναϊκῶν. Wolf. Vides, mi Lector, textum, quem cudi fecimus, esse ex Wolfiano penu, cum Editt. superiores, quas ille in hac notula reformare voluit, constanter legant μικρά τε καὶ μεγάλα διὰ τριετηρίδος. Sola Parisiensis, si Cod. Vindob. excipias, effusius paulo, et quodammodo ad Wolfii mentem propius: Διονύσια, καὶ ταῦτα διπλᾶ, μικρά τε καὶ μεγάλα, καὶ τὰ μὲν μικρὰ ἤγετο κατ' ἔτος, τὰ δὲ μεγάλα διὰ τριετηρίδος ἐν τοῖς ληνοῖς. Utcunque distinxerit Wolfius inter Liberalia in urbe, et Liberalia ἐν τοῖς ληνοῖς, (et ego recte distinxisse non negaverim) Tu tamen cave fidem adhibeas Scriptori nostro anonymo, et hic, et in sequentibus, qui Festa Bacchi anniversaria alia, alia trieterica esse contendit. Neque enim vera ait. Dionysia peculiari commentario illustrare voluit I. Meursirs, qui non pauca Festa Atheniensium dedita opera et multo literarum lumine elucidavit. Eos labores, sive injuria ætatis interceptos, sive ad umbilicum non perductos, aliqua ex parte compensabunt, quæ de istis sacris commentati sunt, Scaliger ὁ μέγας de Emend. Temporum, Is. Casaubonus Animadv. ad Athenæum, p. 445. et Commentar. ad Theophrast. p. 131. Castellanus de Festis Græcorum, Seldenus ad Marm. Oxon. p. 166. seqq. Edit. Mattaire, Viri docti ad Ælian. V. H. II. 13. 30. Petavius ad Themistii Orat. XII, Palmerius in Exercit. ad Auctores Græcos, p. 505. 617. Petitus ad LL. Atticas, p. 112. Edit. Wesseling. Meurs. Athen. Attic. p. 150. Spanhemius de usu Numismatum, et in Notis ad Aristoph. Nubes, Menagius denique in tractatu, quem de Fabula Terentii, Heautontimorumenos dicta, patrio idiomate conscripsit. Taylor.

Ἐπιστάσης δὲ τῆς ἑορτῆς] Wolfius: *Festo autem jam instante*, minus recte; nec enim certabant inter se choragi festo jam instante, sed in ipsa festi celebratione. Reddendum itaque: *Quum vero celebraretur festum*. Jurin.

Χορηγοὶ] Wolfius: *Ædiles*. Sed Ædilis apud Romanos longe alia et longe major erat auctoritas et munus, quam choragi apud Athenienses. Malim itaque: *Choragi*, vel *chori ductores*, tum hic, tum ubique. Idem.

Ἐσπάνιζε δὲ] Ita cum Paris. non δή. Taylor.

Πρὸ μηνὸς τῆς ἑορτῆς] Ἀντὶ τοῦ, μῆνα πρὸ τῆς ἑορτῆς. Wolf.

Εἰς τὸ λαχεῖν etc.] Ἀντὶ τοῦ, εἰς τὸ κληροῦσθαι τοὺς αὐλητάς. Quid inter τὸ λαχεῖν καὶ κληροῦσθαι differat, non est ignotum. Idem.

Πλὴν τοῦ τῆς Πανδιονίδος — τῇ φυλῇ καθίστησι] Vid. Var. Lect.

Καὶ λαχόντος] Paris. καὶ δὴ λαχόντος. melius. Et pro λαχόντος in marg. κληρουμένου. Taylor.

συνέπραξεν [1] αὐτοῦ ἡ τύχη τῇ προθυμίᾳ, καὶ ἔλαχεν αὐτῷ ὁ κάλλιστος τῶν αὐλητῶν ὁ Τηλεφάνης. θέλων [2] οὖν κοσμῆσαι τὸν αὐτοῦ χορὸν πλέον τῶν ἄλλων, ἐποίησεν αὐτὸν φορέσαι χρυσοῦς στεφάνους. Μειδίας δὲ, τῶν πολιτευομένων [3] τίς, ὢν σφόδρα πλούσιος καὶ πολλὰ δυνάμενος, ἐχθρὸς τῷ Δημοσθένει γεγονὼς διὰ τὰς αἰτίας, ἃς ἐρεῖ [4] κατὰ μικρὸν ἐν τῷ λόγῳ, πολλάκις καὶ ἄλλα παρηνώχλει καὶ ἐπηρέαζε, καὶ δὴ [5] καὶ ὁ Δημοσθένης λέγει, ὅτι ὀμνυόντων τῶν κριτῶν τῷ καλῶς ᾄσαντι δοῦναι τὴν νίκην, νύττων αὐτοὺς ὁ Μειδίας ἔλεγε, πλὴν Δημοσθένους. ὅθεν ὁ Δημοσθένης ἐβόα ἐλέγχων αὐτόν. καὶ τελευτῶν, εἰς τοιαύτην ἦλθε μανίαν ὁ Μειδίας, ὥστε ἐν τῷ θεάτρῳ κόνδυλον αὐτῷ παρασχεῖν, καὶ τὴν ἱερὰν περιῤῥῆξαι ἐσθῆτα. καὶ ἰδὼν ὁ δῆμος ἐπεσύριττεν ὃ παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἐπὶ κακοῦ ἐλαμβάνετο. ἀπελθὼν δὲ ὁ Δημοσθένης ἐσκέψατο τὸν παρόντα λόγον, κατηγορῶν αὐτοῦ δημοσίων ἀδικημάτων· ἐν ᾧ καὶ διαβάλλει τὸν Μειδίαν ὡς κλέψαντα [6] τῶν χρυσῶν στεφάνων ὁντινοῦν παρὰ τοῦ χρυσοχόου. ἄγει τοίνυν αὐτὸν ἐπὶ τὴν κρίσιν ὁ ῥήτωρ, καταφορᾷ πλείστῃ καὶ τόνῳ σφοδρῷ προσχρησάμενος. ἡ γὰρ τοῦ Μειδίου ποιότης, καὶ ἡ τῶν πραγμάτων προπέτεια, τῇ καταδρομῇ συμμαχεῖ. Ἡ δὲ στάσις ὁρική, ζητούντων ἡμῶν ἴδιον ὄνομα τῷ ἐγκλήματι. ὁ μὲν γὰρ Μειδίας, ἰδιωτικὸν, ὁ δὲ ῥήτωρ, δημόσιον εἶναι κατασκευάζει. ὅρος γάρ ἐστιν, οὗ τὸ μὲν, πέπρακται, τὸ δὲ, λείπει πρὸς τὸ τέλεον τοῦ 512
ὀνόματος τοῦ ἐπιτεθησομένου τῷ πράγματι. ὡς ἐπὶ τοῦ τὸ κενοτάφιον ὀρύξαντος καὶ κρινομένου τυμβωρυχίας. ἐνταῦθα γὰρ πέπρακται μὲν τὸ ὀρύξαι, λείπει δὲ τὸ τάφον [7] ὀρύξαι. λέγει γὰρ ὁ φεύγων, ὤρυξα μὲν, οὐ τάφον δέ· οὐ γὰρ εὗρον νεκρόν. ὁ δὲ διώκων ἀντιφέρει, ὅτι τὸ διορύξαι κενοτάφιον, τυμβωρυχίαν καλῶ. οὐ γὰρ αὐτὸς ᾔδεις, ὅτι κενοτάφιόν ἐστιν· ἀλλ' ὡς τάφον ὀρύττων, ἐπεὶ κενοτάφιον εὕρηται, ἀξιοῖς μὴ δοῦναι δίκην. οὕτω κἀνταῦθα, πέπρακται μὲν τὸ τύψαι τὸν Δημοσθένην· λείπει δὲ, τὸ καλέσαι τὸν αὐτοχειροτόνητον χορηγόν. ὁ γὰρ Δημοσθένης λέγει, ὅτι χορηγὸν ἔτυψας· ὁ δὲ Μειδίας, ὅτι [8] χορηγὸν οὐκ ἔτυψα· αὐτοχειροτόνητος γὰρ ἦσθα· ἀλλ' ἰδιώτην. τοῦτο δὲ οὐκ ἔστι δημόσιον ἀδίκημα. Διπλοῦς [9] δὲ ὅρος εἴδους τοῦ κατὰ σύλληψιν. κατὰ σύλληψιν δέ ἐστιν, ὅταν ὁ διώκων τὴν [10] αὐτοῦ δικαιολογίαν καὶ τὴν τοῦ φεύγοντος εἰς ἓν συνάγῃ. ἔνθα γὰρ οὐ τὸ μὲν, ἐκβάλλει [11] τίς, τὸ δὲ, δέχεται, ἀλλ' ἄμφω συγκροτεῖ καὶ συλλαμβάνει, [12] τούτῳ ὑπάγομεν τῷ εἴδει. φαίνεται οὖν ὁ ῥήτωρ ἐν πολλοῖς τοῦτο ποιῶν μέρεσι, καὶ φάσκων ἅμα αὐτῷ καὶ τὴν πόλιν ὑβρίζεσθαι. κεφάλαια δὲ, τὰ τῇ [13] στάσει προσήκοντά ἐστι τῷ

[1] αὐτῷ [2] οὖν ὁ Δημοσθένης κοσ. τὸν αὐτοῦ [3] τις ὢν, [4] μετὰ [5] καὶ ὡς ὁ [6] ἀπὸ τῶν [7] ὀρύξαι, οὐ κενοτάφιον. [8] χορηγὸν ἁπλῶς οὐκ [9] δὲ ὁ ὅρος [10] αὐτοῦ [11] τις [12] τοῦθ' [13] τάξει

Συνέπραξεν κ. τ. λ.] Ὁμηρικῶς sæpe Dativi pro Genitivis ponuntur: sed hic lego aut αὐτοῦ τῇ προθυμίᾳ, aut αὐτῷ τῆς προθυμίας. sub. ἕνεκα. WOLF. Olim legebatur αὐτῷ — τῇ προθυμίᾳ. marg. Par. αὐτοῦ. TAYLOR.

Καὶ ἔλαχεν] Ἀντὶ τοῦ, ἔλαχε τὸν ἄριστον. WOLF.

Τῶν πολιτευομένων τις] Wolfius: *unus ex civitatis gubernatoribus.* Rectius puto: *unus ex Rhetorum numero,* vel *unus ex eorum numero, qui civitatis negotiis se immiscebant.* JURIN.

Πολλὰ δυνάμενος] Wolfius: *magnæ auctoritatis,* malim, *magna potentia.* Auctoritas enim virtuti tribuitur: potentiam vero factione et partium studio vel improbissimi nonnunquam consequuntur. IDEM.

Καὶ δὴ καὶ] *Tum vere quoque:* Wolfius. Erratum forte preli est, et legendum: *Tum vero quoque.* IDEM.

Τῷ καλῶς ᾄσαντι δοῦναι τὴν νίκην] Wolfius: *se victoriam illi daturos, qui præclare cecinisset.* Vertendum: *qui optime cecinisset.* IDEM.

Ἐν τῷ θεάτρῳ] *Ut ei alapam impingeret, et vestem dilaceraret.* Wolfius. Quem miror in Interpretatione eas potissimum voces omisisse, quibus Orator ipse tantam vim et auctoritatem tribuat: ut impingeret in *theatro,* et vestem *sacram* dilaceraret. Vid. §. ζ. med. §. κ'. med. §. κά. fin. TAYLOR. Legendum: *ut etiam in* theatro *ei alapam impingeret, et vestem* sacram *dilaceraret.* JURIN.

Λείπει δὲ τὸ τάφον ὀρύξαι] Wolfius: *ambigitur vero, an sepulcrum sit effossum.* Rectius: *id vero deest, ut sepulcrum fuerit, quod effossum sit.* IDEM.

Ὁ δὲ διώκων ἀντιφέρει] Wolfius: *Accusator vero objicit.* Rectius: *reponit,* vel *retorquet.* IDEM.

Τὸν αὐτοχειροτόνητον] Wolfius: *qui ultro sese obtulit.* Melius: *qui, nemine suffragium ferente, se ipse ultro obtulit.* IDEM.

Αὐτοχειροτόνητος γὰρ ἦσθα] Wolfius: *nam tuo suffragio es creatus.* Vertendum: *nam tuo unius suffragio es creatus.* IDEM.

Ἀλλ' ἰδιώτην] Editio Parisiensis cum Cod. Vindob. multa in hoc argumento pleniora et disertiora habet, sed quibus sensus non magnopere adjuvatur. Uti in hoc loco: ὁ δὲ Μειδίας, ὅτι χορηγὸν ἁπλῶς οὐκ ἔτυψα· αὐτοχειροτόνητος γὰρ ἦσθα· ἀλλὰ Δημοσθένην ἰδιώτην ὄντα· τὸ δὲ τύψαι ἰδιώτην οὐκ ἔστι δημόσιον ἀδίκημα. Eodem tenore orationis procedunt in iis, quæ mox sequuntur: φαίνεται οὖν ὁ Δημοσθένης — καὶ φάσκων ἅμα Δημοσθένει κ. τ. λ. TAYLOR.

Τούτῳ] Recte Wolfius pro τοῦθ' Editionum omnium superiorum. IDEM.

Κεφάλαια δὲ, τὰ τῇ τάξει προσήκοντα]

λόγῳ. τὰ δὲ προοίμια, καταφορικὰ, ὑπερβολὴν ἔχοντα πολλὴν, καὶ τῶν περιστατικῶν αὔξησιν.
τὸ γὰρ, οὐ πρὸς ἅπαντας, καὶ οὐ πρὸς ἐμὲ μόνον, καὶ τὸ ἀεὶ, τὴν μελέτην τῆς ἀτοπίας, καὶ οὐ
513 πρὸς ἅπαξ ἐκ τύχης ἡμαρτηκότα δείκνυσι. κεφάλαια δὲ τοῦ [1] λόγου ταῦτα, ὅρος, ἀνθορισμὸς,
γνώμη νομοθέτου, συλλογισμὸς, [2] πηλικότης, μία τῶν ἀντιθετικῶν, μεθ' [3] ἣν τὸ μεταληπτικὸν,
καὶ ἀντιληπτικόν. ἐνταῦθα διὰ τεσσάρων ὅρων ὁ ῥήτωρ ἐμπλέκει τὴν κατηγορίαν, δεικνύων, ὅτι
δημοσίᾳ Μειδίας ἠδίκησεν. ἔστι [4] δὲ πρῶτος ὅρος οὗτος, ὅτι οἱ ἐν ἑορτῇ ἀδικοῦντες δημόσιον ἀδί-
κημα ποιοῦσι. δεύτερος ὅρος, καὶ μάλιστα [5] ἐὰν οἱ χορηγοὶ ἀδικῶνται. [6] τρίτος, ὅτι πᾶσα ὕβρις
δημόσιόν ἐστιν ἀδίκημα· παραλογίζεται δὲ ἐνταῦθα ἐκ τῆς ὁμωνυμίας τῆς ὕβρεως, λέγεται γὰρ
ὕβρις ἡ δι' αἰσχρουργίας, καὶ ἡ διὰ λόγων, καὶ ἡ διὰ πληγῶν, δημόσιον δὲ ἀδίκημα ἡγοῦντο τὴν
αἰσχρουργίαν, τῇ οὖν ὁμωνυμίᾳ παρελογίσατο. τέταρτος ὅρος, ὅτι ὁ πάντας ἀεὶ ὑβρίζων δημοσίᾳ
ἀδικεῖ· εἰ γὰρ τὸ δημόσιον ἐκ πάντων συνίσταται, ἄρα δημόσιον τἀδίκημα. τίθησι δὲ σπερμα-
τικῶς ἐν τῷ προοιμίῳ τοὺς τέτταρας ὅρους. ἐκ τούτων εἰσὶν ἐν τοῖς ἀγῶσι τρεῖς. τὸν δὲ [7] τέ-
ταρτον τίθησιν ἐν τῇ παρεκβάσει. [8] δικαίως. λέγων γὰρ ὅτι πάντας ὑβρίζων δημοσίᾳ ἀδικεῖ,
προεξέρχεται λέγων τὸν πρότερον αὐτοῦ βίον. ἔχει δὲ [9] ὁ λόγος οὗτος δύο προοίμια· τὸ πρῶτον ἐκ
διαβολῆς εἰλημμένον τοῦ ἐναντίου, καὶ ἐκ συστάσεως τοῦ οἰκείου προσώπου, καὶ ἐκ προσοχῆς.
ἔστι δὲ ἡ πρότασις διμερής· καὶ τὸ μὲν πρῶτον μέρος ἀνατάσκευον· τὸ δὲ δεύτερον καὶ αὐτὸ
διμερές. καὶ κατασκευάζει τούτων ἑκάτερα. εἶτα ἐπιφέρει τὸ συμπέρασμα, ἐν ᾧ ἐστὶν ἡ προσ-
514 οχή. Ὅρος κατὰ σύλληψιν. λέγεται δὲ οὕτως, ὅταν τοῦ φεύγοντος ἀντονομάζοντος, ὁ διώκων
καὶ τούτῳ κἀκείνῳ ὑπεύθυνον αὐτὸν εἶναι λέγῃ τῷ ὀνόματι. ὥστε [10] διπλοῦς ἐστὶν, ἐπεὶ δύο
[11] περιέχῃ ἐγκλήματα. [12] παράδειγμα. ὁ στρατηγὸς ὁ βιασάμενος τὴν παρατεθεῖσαν κόρην ὑπὸ

[1] λόγου εἰσὶ ταῦτα [2] πηλικότης πρός τι, καὶ μία [3] ἣν ἐμπίπτει τὸ [4] δὲ ὁ πρῶτος [5] Deest ἐάν. [6] τρίτος ὅρος [7] τέταρτον ὅρον [8] καὶ δικαίως. [9] ὁ παρὼν λόγος [10] διπλῶς [11] περιέχει [12] παράδειγμα ὁ

Videntur aut hæc verba redundare, aut ipsa capitum enumeratio deesse. Fortassis etiam legendum προήκοντα, ἀντὶ τοῦ, προϊόντα. Wolf. Nihil eorum, quæ suspicatus est bonus Wolfius, aut *redundat*, aut *deest*, neque *fortassis legendum* προήκοντα. Tu tamen cum marg. Edit. Benenati et Vindob. leges τῇ στάσει προσήκοντα non, τῇ τάξει, et versionem pariter reformabis. Monendus es autem, abesse nonnulla, quæ hic leguntur, a Codd. Vindob. et Reg. α. atque ita procedere sententiam integræ simillimam: Κεφάλαια δὲ, τὰ τῇ στάσει προσήκοντα, τὰ δὲ προοίμια καταφορικὰ, ὑπερβολὴν ἔχοντα πολλὴν κ. τ. λ. Unde admonuit doctissimus Marklandus, aliquid hujusmodi subesse: scil. κεφάλαια δὲ, τὰ τῇ στάσει προσήκοντα, τάδε· τὰ δὲ προοίμια etc. Hucusque enim a linea 11ma. paginæ prioris de Statu disseruerat: Jam ad Prooemia explicanda accingitur. Taylor. Wolfius: *Ac capita in oratione ordine posita, hæc sunt.* At nisi Græca corrupta sint, vertendum videtur, *Habet autem oratio capita ordini instituto convenientia.* Jurin.

Ὑπερβολὴν] Τουτέστιν, αὐξητικά. Sed περιβολὴν pene malim, de qua vide Hermogenem. ὑπερβολὴν Cicero *superlationem*, nonnulli *excessum* vertunt. Wolf. περιβολὴν, qua voce tantopere delectabatur Wolfius, ut eam, non alteram, lectionem interpretatione donaret, habent MSS. quibus usi sunt Aldus, Manutius et Felicianus. Taylor.

Τὸ γὰρ, οὐ πρὸς ἅπαντας, καὶ οὐ πρὸς ἐμὲ μόνον, καὶ τὸ ἀεὶ] Agitur hic de vehementia qua orationem orditur Orator, ubi hæc verba habet, τὴν ὕβριν ἣ πρὸς ἅπαντας ἀεὶ χρῆται Μειδίας. Itaque proculdubio legendum, τὸ γὰρ, πρὸς ἅπαντας, vel saltem, τὸ γὰρ, ἢ πρὸς ἅπαντας. Id cum non animadverteret Wolfius, multum ab Expositoris mente aberravit. Cum enim reddit, *Id quod hoc, Annon adversus omnes? et, non contra me solum: item, petulantiam semper meditatus, et, non semel fortuito deliquisse, ostendunt*; vertere potius debuisset, *Istud enim* adversus omnes, *et non in me solum, et istud*, semper, *studium improbitatis, non semel fortuito deliquisse ostendunt.* Jurin.

Γνώμη νομοθέτου] Wolfius, *sententia legislatoris.* Potius, *legislatoris consilium*, vel *scopus.* Idem.

Ἐὰν — ἀδικοῦνται] Ἐὰν — ἀδικῶνται. Markland.

Αἰσχρουργίας] Αἰσχρολογίας MSS. Ald. cum Vindob. et marg. Par. ubi etiam hic locus ita legitur: λέγεται γὰρ ὕβρις ἡ δι' αἰσχρολογίας γινομένη. λέγεται ὕβρις καὶ ἡ διὰ λόγων. λέγεται πάλιν ὕβρις καὶ ἡ διὰ πληγῶν. Taylor.

Ὅρος κ. τ. λ.] Vix habeo necesse admonere lectorem, hæc non continuari orationis filo, (cum supra explicatum sit, quid intellexerint Rhetores per Ὅρον κατὰ σύλληψιν. Vid. pag. 16. v. 23.) verum assuta esse ex notala *novi* alicujus Magistri, qui et rhetoricas suas quisquilias huic loco allevit. Absunt a Vindob. Juxta etiam habeo et id quoque notare, et exitum hujus argumenti in nonnullis Editt. conglutinari cum Scholiorum initio; et in nonnullis, puta in Parisina, adhærescere etiam quædam, quæ Wolfius nulla cum lectoris injuria plane omisit. Pro v. antepen. λέγεται δὲ οὕτως, maluit præstantissi-

τοῦ πρεσβευτοῦ, καὶ δημοσίων ἀδικημάτων κρινόμενος, καὶ ἀποκρινόμενος μὴ δημοσίᾳ ἠδικηκέναι, ἀλλὰ βιάσασθαι· ὁ δὲ πρεσβευτὴς, ἀμφοτέροις αὐτὸν φάσκων ὑπεύθυνον [1] εἶναι.

[1] εἶναι. τὸ προοίμιον ἀπὸ τοῦ ἀντιδίκου· ὁ δὲ λόγος δι' ἑνὸς εἴδους προάγεται, ἤτοι δικανικοῦ· τούτου γὰρ καὶ τὸ τέλος δίκαιον, καὶ ἡ κατασκευὴ διὰ τοῦ δικαίου.

mus Marklandus λέγεται δὲ οὗτος, uti pag. 14. v. 15. ὅρον κατὰ σύλληψιν. ἔστι δ' οὗτος. Deinde p. 17. v. ult. delet punctum post παράδειγμα. παράδειγμα ὁ στρατηγὸς (ἔστιν sc. subintellecto) ne casus ille, quem rectum vocant, ὁ στρατηγὸς, verbo suo destituatur. ib. quoque leges cum MSS. Lambini τὴν παρακαταθεῖσαν. Sed de his satis. Aliquando Demosthenem ipsum dicentem audiamus. Idem.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ

Ο ΚΑΤΑ ΜΕΙΔΙΟΥ ΛΟΓΟΣ

ΠΕΡΙ ΚΟΝΔΥΛΟΥ.

α. ΤΗΝ μὲν ἀσέλγειαν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, καὶ τὴν 514
ὕβριν, ᾗ πρὸς ἅπαντας ἀεὶ χρῆται Μειδίας, οὐδένα οὔθ'
ὑμῶν, οὔτε τῶν ἄλλων πολιτῶν, ἀγνοεῖν οἴομαι. ἐγὼ δ',
ὅπερ ἂν καὶ ὑμῶν ἕκαστος ὑβρισθεὶς προείλετο πρᾶξαι,
τοῦτο καὶ αὐτὸς ἐποίησα. καὶ προὐβαλόμην ἀδικεῖν τουτονὶ
περὶ τὴν ἑορτὴν, οὐ μόνον πληγὰς ὑπ' αὐτοῦ λαβὼν τοῖς
Διονυσίοις, ἀλλὰ καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ βίαια παθὼν
παρὰ πᾶσαν τὴν χορηγίαν. ἐπειδὴ δὲ, καλῶς καὶ τὰ δί-
καια ποιῶν, ὁ δῆμος ἅπας οὕτως ὠργίσθη καὶ παρωξύνθη,
καὶ σφόδρα ἐσπούδασεν ἐφ' οἷς ἠδικημένῳ μοι συνῄδει, ὥστε,
πάντα ποιοῦντος τούτου καί τινων ἄλλων ὑπὲρ αὐτοῦ, οὐκ 515
ἐπείσθη, οὐδ' ἀπέβλεψεν εἰς τὰς οὐσίας τὰς τούτων, οὐδὲ
τὰς ὑποσχέσεις, ἀλλὰ μιᾷ γνώμῃ κατεχειροτόνησεν αὐτοῦ·
πολλοί μοι προσιόντες, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, καὶ τῶν ἐν τῷ

α. Ἐγὼ δ', ὅπερ ἂν ὑμῶν ἕκαστος καὶ ὑβρισθεὶς προείλετο πρᾶξαι] Τὸ καὶ aut abundat, aut deest participium aliquod, cujusmodi sit προπηλακισθεὶς (aut πληγεὶς) καὶ ὑβρισθεὶς. Sed rectissime legi videtur: ἐγὼ δ', ὅπερ ἂν καὶ ὑμῶν ἕκαστος ὑβρισθεὶς κ. τ. λ. Wolf. Edidi juxta Wolfii certissimam emendationem, cui suffragantur MSS. Aug. Ven. Bar. Taylor.

δικαστηρίῳ νῦν ὄντων ὑμῶν, καὶ τῶν ἄλλων πολιτῶν, ἠξίουν καὶ παρεκελεύοντο ἐπεξελθεῖν, καὶ παραδοῦναι τοῦτον εἰς ὑμᾶς· ὡς μὲν ἐμοὶ δοκεῖ, δι' ἀμφότερα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νὴ τοὺς θεούς, καὶ δεινὰ πεπονθέναι νομίζοντες ἐμέ, καὶ δίκην ἅμα βουλόμενοι λαβεῖν, ὧν ἐπὶ τῶν ἄλλων ἐτεθέαντο θρασὺν ὄντα καὶ βδελυρόν, καὶ οὐδὲ καθεκτὸν ἔτι.

Δεδωκότα] Fortasse *δεδιῃτηκότα*. Quid enim est *ἔρημον* [i. e. *δίκην*] *διδόναι*? Infra §. κϛ'. *παρὰ τὸν ἔρημον καταδιαιτησάντων αὐτοῦ.* Video autem, Valesium ad Harpocr. p. 148. mecum, verum dubitanti similem, hunc locum restituere. Taylor. Et Henr. Valesius et Taylorus hærent in hac voce, pro qua malint *δεδιῃτηκότα*. Recte defendit vulgatam Reiskius. Fortasse nullum alterum hujus locutionis exemplum attuleris, ubi *διδόναι* sit *secundum aliquem cognoscere*; at clara est per se. Spalding.

Οἷός τ' ἦν] *Ἀντὶ τοῦ, ἐπεχείρησε.* Wolf. *Nihil non efficiebat.* Auger.

Πείθειν] Vid. π. Στεφ. §. λ'. Not. p. 87.

Ταύτην ἀποδεδιῃτημένην ἀποφαίνειν, καὶ τοὺς ἄρχοντας μεταγράφειν] Id est, *τὴν ἑαυτοῦ ὑπογραφὴν μεταβάλλειν εἰς ἀθέτησιν καὶ ἀποδοκιμασίαν.* Est enim *μεταγράφειν arbitrium inducere*, et *circumducere*, hoc est, *sententiam arbitrorum antiquare*, quod *ἀποδεδιῃτημένην ποιεῖν τὴν δίαιταν* Demosthenes vocat. *Ex edit.* Hervag.

Ἐδίδου] *Ἀντὶ τοῦ, δώσειν ἐπηγγέλλετο.* Wolf.

σχέραινον οὗτοι τὸ πρᾶγμα, καὶ οὐδετέρους ἔπειθεν, ἀπειλήσας καὶ διαλοιδορηθεὶς, ἀπελθὼν, τί ποιεῖ; καὶ θεάσασθε τὴν κακοήθειαν. τὴν μὲν δίαιταν ἀντιλαχὼν, οὐκ ὤμοσεν. ἀλλ' εἴασε καθ' ἑαυτοῦ κυρίαν γενέσθαι. καὶ ἀνώμοτος ἀπηνέχθη. βουλόμενος δὲ τὸ μέλλον λαθεῖν, φυλάξας τὴν τελευταίαν ἡμέραν τῶν διαιτητῶν, τὴν τοῦ Θαργηλιῶνος ἢ τοῦ [1] Σκιροφοριῶνος γιγνομένην, εἰς ἣν ὁ μὲν ἦλθε τῶν διαιτητῶν, ὁ δ' οὐκ ἦλθε, πείσας τὸν πρυτανεύοντα δοῦναι τὴν ψῆφον παρὰ πάντας τοὺς νόμους, κλητῆρα οὐδ' ὁντινοῦν ἐπιγραψάμενος, [2] κατηγορῶν ἔρημον, οὐδενὸς παρόντος, ἐκβάλλει, καὶ ἀτιμοῖ, τὸν διαιτητήν· καὶ νῦν εἷς Ἀθηναίων, ὅτι Μειδίας ἔρημον ὦφλε δί-

[1] Σκιῤῥοφοριῶνος T.

[2] κατηγόρων T. R.

Ἀντιλαχὼν] Ἀντιλαχεῖν dicitur, qui causam contumaciæ contra se cognitam, tanquam prave judicatam, defert. Is deinde jurare cogitur, se bona fide deferre crimen. Illud fecerat Midias, hoc neglexerat, quasi tanti rem non faciens. Spalding. Vid. Ulpian.

Ἀνώμοτος ἀπηνέχθη] Subaudi ἡ δίαιτα, *relata est*, nempe, ad novem præfectos, *arbitri sententia injurata*, i. e. antequam juramentum præstitum esset. Auger.

Φυλάξας τὴν τελευταίαν ἡμέραν τῶν διαιτητῶν] Petitus hunc locum optime illustrat in tit. de Arbitris, pag. edit. nov. 437. Ad quem, cum Scholiaste ab eo emendato, lectorem nostrum remitto. Taylor.

Σκιροφοριῶνος] Ultima mensis dies, tricesima, appellabatur ἔνη καὶ νέα (v. Lexica), quod nomen ipsum (ἔνη enim est *vetus*, scil. luna) significat partim ad desinentem, partim ad incipientem mensem trahi posse diem, quare fieri poterat, ut plurimi arbitrorum, reddendarum a se rationum tempus exiisse rati, ultimo Thargelionis die, quem ad Scirophorionem jam referrent, non comparerent. Id Stratoni, forensium rerum rudi (ἀπράγμονι) etiam facilius accidere poterat. Omnis τῆς ἔνης καὶ νέας rationis immemor erat Reiskius, cum verba: ἢ τοῦ Σκιροφοριῶνος, ut glossam, ejicere suadebat. Spalding.

Κλητῆρα] Κλητὴρ, qui et κλήτωρ dicitur, est apparitor, a quo in jus vocari reum oportebat, quique si vel ipse actor reum, in jus vocandi causa, conveniret, comitabatur actorem, suumque nomen accusationi adscribebat. Propterea etiam testis significationem habet vocabulum; derivatam tamen illam solum, ut mihi quidem videtur, et innuit Harpocration in h. v. ἔδει γὰρ παρεῖναί τινας "ὥσπερ" μάρτυρας τῆς προσκλήσεως. Idem.

Κατηγόρων ἔρημον] Ita Editt. omnes, atque adeo Wolfiana. Hic tamen in notis videtur legere et exponere: κατηγορῶν ἔρημον] ἐρήμην, id est, ἀπόντος Στράτωνος. Quæ videtur esse sanior lectio multis de causis, κατηγορῶν ἔρημον, sc. δίκην. (Plene foret, κατηγορῶν αὐτοῦ ἔρημον δίκην.) Tum autem voces, quæ sequuntur, οὐδενὸς παρόντος, glossæ suspicionem habent. Taylor. Κατηγόρων ἔρημον] *Nullis accusantibus*, Wolfius. Miror, virum doctissimum id non vidisse, Stratonem Midia accusante damnatum fuisse, aut etiam κατηγόρων ἔρημον, tanquam φίλων ἔρημον, pro Demosthenica locutione habere potuisse. Tu mecum absque dubitatione lege: κατηγορῶν ἔρημον, *accusans absentem*, vel, *quod abesset*. Jurin. Accentum mutavi cum H. Wolfio, Jurino et Tayloro contra edd. et Codd. Vulgata enim est κατηγόρων, cui ne is quidem, qui defendit, Reiskius habet quem sensum tribuat. Antequam enim exponit, mutat κατηγόρων in συνηγόρων, audacter; ad lenem præsertim illam accentus correctionem. Habet etiam margo Berolinensis, aliquoties citatus, κατηγορῶν ἐρήμην. Posterior mutatio non videtur necessaria. At Græce κατηγορεῖν cum accusativo strui posse negat Reiskius. Cum accusativo *personæ*, fateor; *rei* non item, v. Stephanus. Et necesse erat commemorari diserte crimen, cujus reum Stratonem capite minuerat Midias; id erat, quod neque hujus ἀντιλήξει respondisset, neque tricesimo Thargelionis die comparuisset ad rationes reddendas. οὐδενὸς παρόντος non sollicitaverim cum Tayloro; auget injuriæ significationem. Spalding.

Καὶ νῦν εἷς Ἀθηναίων ὅτι Μειδίας ἔρημον

κην, ἁπάντων ἀπεστέρηται τῶν ἐν τῇ πόλει, καὶ καθάπαξ ἄτιμος γέγονε. καὶ οὔτε δίκην [1] λαχεῖν ἀδικηθέντα, οὔτε διαιτητὴν γενέσθαι [2] Μειδίᾳ, οὔθ' ὅλως τὴν αὐτὴν ὁδὸν βαδίζειν, ὡς ἔοικεν, ἔστ' ἀσφαλές.

κέ. Δεῖ δὴ τοῦτο τὸ πρᾶγμα ὑμᾶς οὑτωσὶ σκέψασθαι, καὶ λογίσασθαι τί ποτ' ἐστὶν, ὃ παθὼν Μειδίας, [3] [οὕτως ὠμὸν] τηλικαύτην ἐπεβούλευσε λαβεῖν τῶν πεπραγμένων 543
παρ' ἀνδρὸς πολίτου δίκην. κἂν μὲν ᾖ τι δεινὸν ὡς ἀληθῶς, καὶ ὑπερφυὲς, συγγνώμην ἔχειν· ἐὰν δὲ μηδὲν, θεάσασθε τὴν ἀσέλγειαν καὶ τὴν ὠμότητα, ᾗ καθ' ἁπάντων [4] ἀεὶ χρῆται τῶν ἐντυγχανόντων. τί οὖν ἔσθ' ὃ πέπονθε; μεγάλην νὴ Δί' ὦφλε δίκην, καὶ τοσαύτην, ὥστ' ἀποστερεῖσθαι τῶν [5] ὄντων. ἀλλὰ χιλίων ἡ δίκη μόνον ἦν δραχμῶν. πάνυ γε. ἀλλὰ δάκνει καὶ τοῦτο, φαίη τις ἄν, ὅταν ἐκτίνειν ἀδίκως δέῃ. συνέβη δὲ ὑπερημέρῳ γενομένῳ λα-

[1] λαχεῖν δίκην T. [2] τῷ Μειδίᾳ T. [3] Absunt unci. T. R.
[4] Deest ἀεί. T. [5] ὄντων; T. R.

ὦφλε δίκην] *Et nunc unus ille Atheniensium, ob id quod Midias ab ipso deserti arbitrii judicatus est, omnibus civitatis juribus mulctatus est, et semel ignominia affectus.* Ubi notandum, quod ἡ ἀτίμωσις gravioris supplicii instar erat, duoque erant ejus genera. Idem in eadem, οὐκοῦν ὁ μὲν ἠτίμωται καὶ παραπόλωλεν, ὁ δ' οὐδ' ὁτιοῦν πέπονθεν. ἄτιμοι enim velut fortunis omnibus eversi, civilia jura non retinebant. Quin et si quispiam ἄτιμόν τινα violabat, lege ille agere ob verbera non poterat. licebat etiam ἀτίμους καὶ τοὺς αὐτῶν παῖδας impune interfici, ut præsidii legum exsortes. id quod ex Libanii declamatione pro Halirrhodio liquet, ut fuerint ἄτιμοι dicti, ὧν πεφονευμένων ἢ κακῶς πεποιημένων, οὐδεμία οὐδ' ὅλως ἦν τιμὴ, τουτέστι τιμωρία. His non dissimiles fuerunt quos Latini *intestabiles* vocabant. ut Horatius in Sermonibus: "Intestabilis et sacer esto." De quo supra etiam nonnihil in Philippicam 3. E regione vero ἀνὴρ ἐπίτιμος est, *nulla ignominia præditus*, hoc est, integri nominis, integræ conditionis et famæ. et ἐπιτιμία, *status civis justus atque integer.* et ἐπίτιμα, *quæ in juris legumque præsidio sunt*, sicut contra ἄτιμα, *in quæ cuivis volenti invadere licitum est atque diripere*, ut κατὰ Ἀριστοκρατ. etiam dicetur. Et in eadem hac κατὰ Μειδίου paulum infra, [p. 69. v. 13.] καὶ εἰ μὲν παραβὰς τοὺς νόμους ἔλαβε τὰς πεντήκοντα δραχμὰς παρ' αὐτοῦ, καὶ τὴν δίκην ἣν κατεδιῄτησεν, ἀποδεδιῃτημένην ἀπέφηνεν, ἐπίτιμος ἂν ἦν, &c. de arbitro loquens, qui Midiæ fraude, indicta causa damnatus erat, ob idque infamia notatus. *Quod si ille*, inquit, *contra legum interdicta quinquaginta drachmas accipere in animum induxisset, mercedem circumducti arbitrii, ipse qui nunc ignominiosa sententia mulctatus est, æquo jure vobiscum, atque integra fama viveret. Ex edit.* Hervag.

Καθάπαξ] Tres sunt τῆς ἀτιμίας gradus; καθάπαξ summum designat, quo omnia civis jura, et ipsi reo et ejus liberis, amittebantur. V. §. *l.* med. Spalding.

κέ. Οὕτως ὠμὸν] Alteram Reiskii sententiam verissimam credo, qua οὕτως ὠμὸν glossam putat τοῦ τηλικαύτην. Uncis inclusi. Idem.

Θεάσασθε] Lenissima quidem fuerit mutatio τοῦ θεάσασθε in θεάσασθαι, quo facto, simpliciori structura, infinitivus penderet a δεῖ præcedenti, sed veriorem credo vulgatam, subita structuræ conversione. θεάσασθε dictum est pro δεῖ ὑμᾶς θεάσασθαι. Idem.

Ἀλλὰ χιλίων] Laudo Venetum Cod. qui addit negationem μεγάλην, νὴ Δί', ὦφλε δίκην —; οὐκ. ἀλλὰ χιλίων etc. Quanquam non ignoro, et receptam lectionem posse etiam tolerari. Taylor.

Πάνυ γε. ἀλλὰ δάκνει] Ἀντίθεσις ἄλυτος suspecta: nisi λύσις sit, eum nec teruntium numerasse, nec a Stratone injuriam accepisse. Wolf.

Συνέβη δὲ etc.] F. συνέβη δ' αὐτῷ διὰ τὸ λαθεῖν ὑπερημέρῳ γενομένῳ, ἀδικηθῆναι, S.

θεῖν αὐτῷ διὰ τὸ [1] ἀδικηθῆναι. ἀλλ' [2] αὐθημερὸν μὲν ᾔσθετο, ὃ καὶ μέγιστόν ἐστι τεκμήριον τοῦ μηδὲν ἠδικηκέναι τὸν ἄνθρωπον. δραχμὴν δ' οὐδέπω μίαν ἐκτέτικεν. ἀλλὰ μή πω τοῦτο. ἀλλὰ τὴν μὴ οὖσαν ἀντιλαχεῖν ἐξῆν αὐτῷ δή-

[1] ἀδικηθῆναι; T. R. [2] αὐθήμερον T.

ὑπὸ τοῦ Στράτωνος τοῦ διαιτητοῦ. Hæc per objectionem dicuntur. Sequitur Refutatio: ἀλλ' αὐθήμερον μὲν etc. Sed quomodo potuisset ignorare τὴν κυρίαν Midias, nisi forte litium definita tempora non fuerint? Vide Ulpianum. Idem. Hic locus pessime semper exceptus fuit, et de fortuna sua merito queri potest. Nam ab *antiquis* Criticis, si credas Ulpiano, ὠβελίζετο et tanquam ἀδιόρθωτος negligebatur: a *recentioribus*, qui corrigere et explicare voluerunt, perperam intellectus. Forte, inquit Wolfius noster, συνέβη δ' αὐτῷ διὰ τὸ λαθεῖν ὑπερημέρῳ γενομένῳ, ἀδικηθῆναι (dubium, an ita locum *corrigi* et legi, an *explanari* potius per hanc notam voluit.) Ego per omnia contraria eo, et intelligo, non cum Wolfio ἀδικηθῆναι διὰ τὸ λαθεῖν, verum cum Demosthenis textu plano et sincero, λαθεῖν etc. διὰ τὸ ἀδικηθῆναι. Hoc pacto: *Qua tanta affectus erat contumelia Midias, ut hominem arbitrum civitate ejiceret? num grandi dica damnatus, adeo ut de re familiari in periculum veniret? Minime. agebatur tantum causa X minarum. Esto, ait ille, sed judicatum vel X minarum solvi præter jus fasque id profecto piget, et bilem merito commovere potest. Quomodo ais præter jus? Damnatus erat, quod se judicio non stitit: ὑπερήμερος erat, ideo judicatus. Contra ille objicit: Immo ideo ὑπερήμερος erat, quod summa injuria affectus, et contra omne jus in judicium adductus statum diem conveniendi neque novit, neque scire potuit. Quid ais? Illene non novit, qui eo ipso die, sed vesperi quidem, advenerit? Ideo non dici potest, eum ὑπερήμερον factum per imprudentiam.* Delenda est igitur Interrogatio post ἀδικηθῆναι v. 1. et Versio Wolfiana ita reformanda: *Esto: sed mordet etiam hoc, inquiet aliquis, quum per injuriam judicatum solvendum est: accidit autem* [vel *enim*] *illi, ut statum diem ignoraret, eo quod injuste cum illo ageretur. Immo illo ipso die cognovit*, cætera. Taylor. Non quæstio hic proponitur, sed objectio adversarii. Itaque interpungendum, ἀδικηθῆναι· ut etiam paulo supra τῶν ὄντων. Nec vertendum cum Wolfio: *An usu ei venit, ut, cum statum diem præteriisse ignoraret, afficeretur injuria?* Sed hunc in modum: *At diem statum præteriisse ignorabat, quod fraude captus esset.* Jurin. Objectio sequitur, *contigit ipsi per ignorationem diem transiise et propter hoc injuste condemnari.* Responsio, ἀλλ' αὐθημερὸν (adverbialiter) ᾔσθετο —— *sed eo ipso die sensit*, scil. adesse diem statutam. Deinde τὸν ἄνθρωπον, nempe, Stratonem. Auger. Interrogationis signum sustuli cum Tayloro, ceterum de loci sensu ei non assentiens. ὑπερήμερον male ille (itemque H. Wolfius et Augerus) miscebat cum οὐκ ἀπαντῶντι; exponit enim, "*damnatus erat, quod se judicio non stitit.*" Sed de solvenda mulcta agitur, cujus dilatione fit aliquis ὑπερήμερος. Affertur pro Midia: "Cum iniquo judicio damnatus esset, ignoravit etiam, sibi pendendæ mulctæ diem exiisse." Scrupulum tamen mihi eximeret, si quis διὰ τὸ ἀδικηθῆναι glossam doceret esse. Facile careas hoc additamento, neque bene coit cum antecedentibus. Sapit explicantem in margine τὸ συνέβη. Spalding.

Ἀλλὰ μή πω τοῦτο] Id est, *sed pone non ita fuisse, et Midiam diem statum revèra ignorasse, nihilominus licebat ei* etc. Non recte Wolfius: *Sed de hoc posterius.* Decepit eum particula πω, quæ non semper *tempus* denotat; etiamsi habeat præcedentem μή. Markland. Recte H. Wolfius exponit. Spalding.

Ἀλλὰ τὴν μὴ οὖσαν ἀντιλαχεῖν ἐξῆν αὐτῷ δίκην] *At licebat illi judicium resortiri, sententiamque arbitri nullam esse, et irritam defendere, mecumque litem negotiumque instituere, quo cum ab initio fuerat, quod ille facere non voluit.* Est enim ἀντιλαγχάνειν, *vicissim litem intendere, actori et victori quæstionem referre*, quod juris studiosi hodie *reconvenire* dicunt. Vide quæ huc attinent περὶ ἀντιλήξεως in Comment. Bud. Porro autem hoc loco etiam ἡ μὴ οὖσα dicitur *judicium nullum*, ut Latini Jurisconsulti loquuntur: quemadmodum et *testamentum nullum*, pro irrito et lege abrogato, apud Ciceronem in præt. urbana: "Minutius quidam mortuus est, ejus testamentum erat nullum, lege hæreditas ad gentem Minutiam veniebat." Cæterum τῇ μὴ οὔσῃ δίκῃ similem esse τὴν ἀνάδικον, et fortasse eandem, πρὸς Βοιωτὸν dictum est. *Ex edit.* Hervag.

που, καὶ πρὸς ἐμὲ τὸ πρᾶγμα καταστήσασθαι, πρὸς
ὅνπερ ἐξ ἀρχῆς ἦν ἡ δίκη. ἀλλ' οὐκ [1]ἠβούλετο. ἀλλ' ἵνα
μὴ Μειδίας ἀτίμητον ἀγωνίσηται δέκα μνῶν δίκην, πρὸς
ἣν οὐκ ἀπήντα, δέον· καί, εἰ μὲν ἠδίκηκε, δίκην δῷ· εἰ δὲ
μή, ἀποφύγῃ· ἄτιμον Ἀθηναίων ἕνα [2]εἶναι δεῖ, καὶ μήτε
συγγνώμης, μήτε [3]λόγου, μήτε ἐπιεικείας μηδεμιᾶς [4]τυ-
χεῖν, ἃ καὶ τοῖς ὄντως ἀδικοῦσιν ἅπανθ' ὑπάρχει! ἀλλ'
ἐπειδή γε ἠτίμωσεν, ὃν ἐβουλήθη, καὶ τοῦτ' ἐχαρίσασθε
αὐτῷ, καὶ τὴν ἀναιδῆ γνώμην, ᾗ ταῦτα προαιρεῖται ποιεῖν,
ἐνέπλησεν [5]αὐτοῦ, [6]ἐκεῖνο ἐποίησε· τὴν καταδίκην ἐκτέτικε,
δι' ἣν τὸν ἄνθρωπον [7]ἀπώλεσεν· ἀλλ' οὐδὲ χαλκοῦν οὐδέ
πω καὶ [8]τήμερον. ἀλλὰ καὶ δίκην ἐξούλης ὑπομένει φεύγειν.
οὐκοῦν ὁ μὲν ἠτίμωται, καὶ παραπόλωλεν, [9]ὁ δ' οὐδ' ὁτιοῦν
πέπονθεν, ἀλλ' ἄνω καὶ κάτω τοὺς νόμους, τοὺς διαιτητάς, 544
πάνθ' ὅσα ἂν βούληται, στρέφει. καὶ τὴν μὲν κατὰ τοῦ
διαιτητοῦ γνῶσιν, ἣν ἀπρόσκλητον κατεσκεύασεν, αὐτὸς
κυρίαν [10]ἑαυτῷ πεποίηται· ἣν δ' αὐτὸς ὦφλεν ἐμοί, προσ-
κληθείς, εἰδώς, οὐκ ἀπαντῶν ἄκυρον ποιεῖ.

κϛ'. Καίτοι εἰ παρὰ τῶν ἔρημον καταδιαιτησάντων αὐτοῦ, τηλικαύτην δίκην οὗτος ἀξιοῖ λαμβάνειν, τίνα ὑμῖν προσήκει παρὰ τούτου λαβεῖν, τοῦ φανερῶς οὕτω τοὺς ὑμετέρους νόμους ἐφ' ὕβρει παραβαίνοντος; εἰ γὰρ ἀτιμία,

[1] ἐβούλετο T. [2] εἶναι ἕνα T. [3] τοῦ λόγου T. [4] τυχεῖν μηδεμιᾶς T. [5] αὑτοῦ T. [6] ἐκεῖνό γ' ἐποίησε R. [7] ἀπώλεσεν; T. R. [8] τήμερον, ἀλλὰ δίκην T. τήμερον; R. [9] ὁδ' οὐδοτιοῦν T. [10] αὑτῷ πεποίηκεν T.

Ἀντιλαχεῖν τὴν μὴ οὖσαν] Scil. δίκην dicitur reus cum exceptione agit adversus sententiam, eamque pro nulla haberi vult. Spalding. resortiri, i. e. obtinere a judice actionem de irrita facienda judiciali sententia. Auger.

Ἀτίμητον] Ὁ ἀτίμητος ἀγών, ᾧ πρόσεστιν ἐκ τῶν νόμων ὡρισμένως τίμημα, ὡς μηδὲν δεῖν τοὺς δικαστὰς διατιμῆσαι. Harpocration. Sic et Ulpianus. Spalding.

Πρὸς ἣν οὐκ ἀπήντα· δέον] S. ἀπαντᾷν, καὶ εἰ μὲν ἠδίκηκε, δίκην δῷ. τὸ ἵνα repete, ἵν' ἀγωνίσηται, et ἵνα δῷ δίκην. Wolf. Hæc nota Wolfii turbat sententiam. Mens loci optime constabit ex nostra interpunctione, et versione viri doctissimi. Taylor.

Μήτε λόγου] Non male secundum Codd. aliquot τοῦ expunxit Reiskius ante λόγου. In Hervagiana (1547.) est enclitica του. Spalding.

Ἐκεῖνο] Cum primum hæc legebam, γὲ post ἐκεῖνο excidisse putabam; quam particulam de suo addidisse Reiskium vidi deinde. Postmodo imitari eum religio tamen fuit, quod γὲ illud, post ἐπειδὴ, proprie non ad protasin pertinere visum est, sed huc, ad apodosin "ἐκεῖνο ἐποίησε" referendum esse. "Postquam — tum autem hoc etc." Idem.

Χαλκοῦν] Νομισμάτιον ἦν λεπτόν. Jul. Pollux. ὁ ὀβολὸς ὀκτὼ χαλκοῦς εἶχε. Idem. Idem.

Φεύγειν] Non est profecto spernenda lectio Paris. α. et correctoris Lessingiani, φεύγων, quam veram etiam puto. ὑπομένειν cum participio strui potest, vid. Zeun. ad Cyrop. 4. 5. 22. et, quem citat, Viger. p. 330. seq. Sic supra §. ιά. post med. ὑπείχετο ὑμῶν. Idem.

καὶ νόμων καὶ δικῶν καὶ πάντων στέρησις, ἐκείνου τοῦ ἀδικήματος προσήκουσά ἐστι δίκη, τῆς γε ὕβρεως μικρὰ θάνατος ἔμοιγε φαίνεται. ἀλλὰ μὴν ὡς ἀληθῆ λέγω, κάλει μοι τούτων τοὺς μάρτυρας, καὶ τὸν τῶν διαιτητῶν ἀνάγνωθι νόμον.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

Νικόστρατος Μυῤῥινούσιος, Φανίας Ἀφιδναῖος, οἴδαμεν Δημοσθένην, ᾧ μαρτυροῦμεν, καὶ Μειδίαν τὸν κρινόμενον ὑπὸ Δημοσθένους, ὅτ' αὐτῷ Δημοσθένης ἔλαχε τὴν τοῦ κακηγορίου δίκην, ἑλομένους διαιτητὴν Στράτωνα, καὶ ἐπεὶ ἧκεν ἡ κυρία τοῦ νόμου

κϛ'. Καὶ ἐπεὶ ἧκεν ἡ κυρία τοῦ νόμου, οἴδαμεν οὐκ ἀπαντήσαντα Μειδίαν ἐπὶ τὴν δίαιταν, &c.] Verba sunt testium. κυρίαν autem pro die stato a lege posuit. Unde ἀπαντᾶν πρὸς τὴν κυρίαν, et ἀπαντᾶν πρὸς τὴν δίκην, *obire diem vadimonii*, et *adesse ad judicium die vadimonii*. κυρία enim dicitur *dies vadimonii*, vel *dies legitimus et status*. Idem [p. 66. v. 15.] καὶ τὴν μὲν κατὰ τοῦ διαιτητοῦ γνῶσιν, ἣν ἀπρόσκλητον κατεσκεύασεν, αὐτὸς κυρίαν αὑτῷ πεποίηκεν. Quo loco κυρίαν γνῶσιν dixit, id est, *ratam judicis cognitionem*. ἄκυρον vero *irritum*. Et cognitionem quidem, inquit, τῶν ἀρχόντων κατὰ τοῦ Στράτωνος τοῦ διαιτητοῦ, tametsi ἀπρόσκλητον, id est, nulla Stratonis in jus vocatione institutam, ratam ipse sibi fecit sua fraude. Vadimonium vero, id est, diem judicio sistendi quo mihi erat obstrictus, irritum facit et antiquandum, cum ad judicium non affuerit, cum id vadimonium non obierit, cum judicio sistendi sponsionem non præstiterit, et, ut Ciceronis verbo loquar, cum ipse non stiterit, sciens et prudens se recte atque ordine in judicium vocatum esse. Dicuntur a Budæo in Commentariis, quæ ad hujus loci expositionem attinent, ubi verbum διαιτᾶν enarrat. Est enim locus ille orationis subobscurus. Porro κυρία ἡμέρα dicitur quasi rata et fixa, ad quam qui non affuerit, moram purgare nequit, ut quidem jus erat constitutum apud antiquos, et Græcos et Romanos. Erat enim deserti vadimonii pœna ignominia, ut ex hac ipsa Oratione κατὰ Μειδίου liquet his verbis, πείσας δὲ τὸν πρυτανεύοντα δοῦναι τὴν ψῆφον &c. οὐδενὸς παρόντος, ἐκβάλλει καὶ ἀτιμοῖ τὸν διαιτητήν. Bona enim possidebantur ejus, qui in eremodicium incidisset. Cicero pro Quintio, "Ergo hercule cujus bona ex edicto possidentur, hujus omnis fama et existimatio cum bonis simul possidetur:" et quæ eo loco sequuntur, pulere hac facientia. Ut autem ἀπαντᾶν ἐπὶ τὴν κυρίαν, καὶ ἐπὶ τὴν δίκην, pro *occurrere ad vadimonii diem* dicunt, quo Tranquil. in Calig. usus est, et Demosthenes in hac Oratione identidem utitur: ita etiam φυγοδικεῖν καὶ καταλείπειν τὴν δίκην, pro *vadimonium deserere*, quod non nisi justissima causa et maximo sontica fiebat, et ἐρήμην δίκην, *vadimonium desertum*, unde uno verbo *eremodicium* dicitur, ut in Pandectis a Budæo annotatum est. Sed et huc pertinet, quod τὴν κυρίαν ἐγγράψαι, *diem vadimonii in acta referre* dicunt, et Demostheni familiare est. et κυρίας ἐνεστώσης, *appetente die vadimonii*. Idem paulo superius, διδόναι τὴν ἔρημον, quod significat *secundum præsentem de absente*, vel *contra absentem, pronunciare*, quod forensi nostro vocabulo *dare defectum* dicitur, ὁ δὲ καταλαμβάνει τοὺς ἄρχοντας ἐξιόντας, καὶ τὸν Στράτωνα ἀπιόντα, ἤδη τὴν ἔρημον δεδωκότα. Sequitur ergo post supradicta orationis hujus verba, [§. κδ'. med.] οὑτοσὶ διαιτῶν ἡμῖν ὁ Στράτων, ἐπειδή ποθ' ἧκεν ἡ κυρία, &c. 'Hic Strato qui nobis arbiter erat controversiæ, quum aliquando venisset dies vadimonii (omnia autem jam præterierant quæ leges litigatoribus indulgent, dilationum postulationes, exceptiones, nihilque jam erat reliquum) primum orare me instituit, ut arbitrium prorogarem et sustinerem, deinde ut in crastinum rejicerem, postremo, quum ego diutius rem prolatari non permitterem, nec iste ad judicium sisteret, et jam ad serum horæ statæ ventum esset, Strato arbitrium contra hunc pronunciavit.' ἀναβολαὶ sunt *dilationes*. ὑπωμοσίαι sunt *dilationes quæ jurejurando postulantur, et impetrantur*, hoc est, ἔνορκοι ἀναβολαί, *dilationes propter sonticum morbum, aut aliam legitimam causam impetratæ*. Et ὑπόμνυσθαι verbum, τὸ ὑπερτίθεσθαι καὶ ἀναβάλλεσθαι τὴν δίκην προφάσει ἀποδημίας ἢ νόσου. Plura in Comment. Bud. Ex edit. Hervag.

μου, οὐκ ἀπαντήσαντα Μειδίαν ἐπὶ τὴν δίαιταν, ἀλλὰ κατα-
λιπόντα. γενομένης δὲ ἐρήμου κατὰ Μειδίου, ἐπιστάμεθα Μειδίαν
πείθοντα τόν τε Στράτωνα τὸν διαιτητὴν, καὶ ἡμᾶς, ὄντας ἐκείνοις
τοῖς χρόνοις ἄρχοντας, ὅπως τὴν δίαιταν αὐτῷ ἀποδιαιτήσωμεν,
καὶ διδόντα δραχμὰς πεντήκοντα. καὶ ἐπειδὴ οὐχ ὑπεμείναμεν, προσ-
απειλήσαντα ἡμῖν, καὶ οὕτως ἀπαλλαγέντα. καὶ διὰ ταύτην τὴν
αἰτίαν ἐπιστάμεθα Στράτωνα ὑπὸ Μειδίου καταβραβευθέντα, καὶ 545
παρὰ πάντα τὰ δίκαια ἀτιμωθέντα.

Λέγε δὴ καὶ τὸν τῶν διαιτητῶν νόμον.

ΝΟΜΟΣ.

Ἐὰν δέ τινες περὶ συμβολαίων ἰδίων πρὸς ἀλλήλους ἀμφισβητῶσι, καὶ βούλωνται διαιτητὴν ἑλέσθαι ὁντινοῦν, ἐξέστω αὐτοῖς αἱρεῖσθαι, ὃν ἂν βούλωνται διαιτητήν. [1] ἐπειδὰν δ' ἕλωνται κατὰ κοινὸν, μενέτωσαν ἐν τοῖς ὑπὸ τούτου διαγνωσθεῖσι, καὶ μηκέτι

[1] ἐπειδὰν βούλωνται κατακοινὸν T.

Ἡ κυρία τοῦ νόμου] F. ἡ κυρία ἐκ τοῦ νόμου, v. 2. h. p. ὄντας ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις. Wolf.

Ὅπως] Vid. supra §. δ. *fin.* Spalding.

Αὐτῷ] F. αὐτοῦ. Wolf. Male Wolfius. Multo enim rectius αὐτῷ vel αὑτῷ, in *ejus* (vel *sui*) *gratiam*. Quæ casus tertii usitata est significatio. Markland.

ΝΟΜΟΣ] Hanc, quæ sequitur, legem ab hoc loco alienam esse, spero me facile persuasurum lectori attento. Quid consilii erat Demostheni, quare legem de arbitris recenseret? Idne spectabat, ut doceret, male ad judicem ab arbitro provocasse Midiam? Minime. At hoc solum loquitur lex. Diversam plane commemorandæ legis causam affert Ulpianus: τὸν νόμον ἀναγινώσκει τῶν διαιτητῶν, ἵνα δείξῃ τοῖς δικάζουσιν, ὅτι τὸ ἐκ τῶν νόμων τίμημα κατεδίκασεν ὁ Στράτων, καὶ ὅτι κατὰ τοὺς νόμους ἐποίησεν, ἐρήμην αὐτοῦ καταψηφισάμενος. Qui hæc dicebat, is non agnoscebat eam, quam hic adscriptam videmus, legem. Allita igitur etiam hæc lex (v. supra §. ιδ.) fuit post ævum Demosthenis, qui nullam ipse adscripserat, neque a cauto ea et erudito Grammatico. Utrius generis arbitrorum fuerit Strato, sorte datorum, an compromissorum (de quibus v. Petitus LL. ATT. L. 4. Tit. 5.) non apparet, nisi quod in testimonio est " ἐλομένους." Fortasse tamen et eligere arbitros cogebantur Athenienses de numero sorte datorum, ut possent deinde ad rationes reddendas arbitri illi adigi, qui si privati fuissent prorsus, ne noti quidem esse poterant magistratibus. Spalding.

Ἐπειδὰν βούλωνται] Adde ex Ital. ἐπειδὰν δὲ βούλωνται. Sunt qui referant κατὰ κοινὸν non ad βούλωνται, sed ad μενέτωσαν. Quod inscitius. Taylor. Felicem Reiskii emendationem retinendam duxi, cum vulgata ἐπειδὰν βούλωνται idoneum sensum non præbeat. Spalding.

Κατὰ κοινὸν] Κοινῇ καὶ μιᾷ γνώμῃ. Wolf.

Καὶ μηκέτι καταφερέτωσαν, ἀπὸ τούτου εἰς ἕτερον δικαστήριον ταὐτὰ ἐγκλήματα] Verba sunt legis compromissorum. ubi non καταφερέτωσαν, sed μεταφερέτωσαν legendum censet Budæus. Quod autem mox subjungitur, ἀλλὰ ἔστω τὰ κριθέντα ὑπὸ τοῦ διαιτητοῦ κύρια, notandum quod his verbis, ἔστω κύρια τὰ κριθέντα, significabant, se nolle ad aliud majus judicium provocare. καὶ τὰ διαιτηθέντα ἔστω κύρια, hoc est, Et quod arbitri statuerint, id semel jus ratumque esto, καὶ μηκέτι μεταφέρειν ἐξέστω εἰς ἕτερον δικαστήριον. Atque his verbis intelligimus etiam non licuisse a compromissario arbitro provocare. Erat etiam aut moris, aut instituti legitimique juris, ut arbitrorum sententiam οἱ ἄρχοντες subsignarent, quo magis in rem judicatam transiret, et executionem judicati pareret, ut ab Interprete etiam annotatum est, ἤδη δὲ ἑσπέρας οὔσης καὶ σκότους, ἔρχεται Μειδίας οὑτοσὶ πρὸς τὸ τῶν ἀρχόντων οἴκημα, καὶ καταλαμβάνει τοὺς ἄρχοντας ἐξιόντας, καὶ τὸν Στράτωνα ἀπιόντα, ἤδη τὴν ἔρημον δεδωκότα, &c. *offenditque eos conclavi suo exeuntes sub noctem scilicet, Stratonèmque ipsum arbitrum sortito datum jam profectum, cum vadimonii deserti nomine secundum me pronunciasset*: τὸ μὲν οὖν πρῶτον οἴεσθ' ἂν πείθειν αὐτὸν, τὴν δίκην ἣν κατα-

καταφερέτωσαν ἀπὸ τούτου ἐφ' ἕτερον δικαστήριον ταῦτα ἐγκλήματα· ἀλλ' ἔστω τὰ κριθέντα ὑπὸ τοῦ διαιτητοῦ κύρια.

κζ΄. Κάλει δὴ καὶ τὸν Στράτωνα αὐτὸν, τὸν τὰ τοιαῦτα πεπονθότα. ἑστάναι γὰρ ἐξέσται δήπουθεν αὐτῷ· οὗτος, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πένης μὲν ἴσως ἐστὶν, οὐ πονηρὸς δέ γε. οὗτος μέντοι πολίτης ὢν, ἐστρατευμένος ἁπάσας τὰς ἐν ἡλικίᾳ στρατείας, καὶ δεινὸν οὐδὲν εἰργασμένος, ἕστηκε [1] νῦν σιωπῇ, οὐ μόνον τῶν ἄλλων ἀγαθῶν τῶν κοινῶν ἀπεστερημένος, ἀλλὰ καὶ τοῦ φθέγξασθαι, [2] καὶ ὀδύρασθαι· καὶ οὐδ' εἰ δίκαια, ἢ ἄδικα πέπονθεν, οὐδὲ ταῦτ' ἔξεστιν αὐτῷ πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν· καὶ ταῦτα πέπονθεν ὑπὸ Μειδίου, καὶ τοῦ Μειδίου πλούτου, καὶ τῆς ὑπερηφανίας, παρὰ τὴν πενίαν, καὶ [3] τὴν ἐρημίαν, καὶ τὸ τῶν πολλῶν εἷς εἶναι. καὶ εἰ μὲν, παραβὰς τοὺς νόμους, ἔλαβε τὰς πεντήκοντα δραχμὰς παρ' αὐτοῦ, καὶ τὴν δίκην, ἣν κατεδιῄτησεν, ἀποδεδιῃτημένην [4] ἀπέφηνεν, ἐπίτιμος ἂν ἦν, καὶ, οὐδὲν ἔχων κακὸν, τῶν ἴσων μετεῖχε τοῖς ἄλλοις ἡμῖν. ἐπειδὴ δὲ παρεῖδε πρὸς τὰ δίκαια Μειδίαν, καὶ τοὺς νόμους μᾶλλον ἔδεισε τῶν

[1] νυνὶ T. R. [2] ἢ T. [3] Deest articulus. T. [4] ἀπέφηνε T. R.

δεδιῃτήκει, ταύτην ἀποδεδιῃτημένην ἀποφαίνειν, καὶ τοὺς ἄρχοντας μεταγράφειν, καὶ πεντήκοντα δραχμὰς αὐτοῖς ἐδίδου. *Et quidem nihil veritus est Midias primum suadere arbitro arbitrium illud damnatorium, ut in absolutorium verteret, magistratibusque ipsis ut arbitrium jam ab ipsis subscriptum circumducerent, et in diversum mutarent, ob idque quinquaginta illis drachmas promittere.* Caeterum ἄρχοντες qui fuerint, non ita plane constat. Suidas novem fuisse auctor est, et inter eos numerat Thesmothetas. recte, ut opinor, cum idem sentire videatur ennarrator Demosthenis. Quippe qui ἄρχοντας etiam θεσμοθέτας appellat. Sed unus erat princeps collegii et praefectus, qui ἡγεμὼν et πρύτανις vocabatur Athenis, ἐπώνυμος τῶν ἀρχόντων καὶ εἷς τῶν θεσμοθετῶν. Demosthenes in eadem hac, πείσας τὸν πρυτανεύοντα δοῦναι τὴν ψῆφον παρὰ πάντας τοὺς νόμους, id est, τὸν ἄρχοντα, ut alibi dixit. Quemadmodum autem Romae Praetor judicibus praeerat, atque ideo *quaestionis judex* dictus est, et *quaesitor*, ut in Pandect. aunotatum est: ita hic ἄρχων Athenis τοῖς δικασταῖς λεγομένοις praesidebat, ut alibi diximus. Idem in eadem, [§. κθ΄.] καὶ γὰρ οὔτ' ἀπεκρίνετο ταύτην ὁ συκοφάντης ἐκεῖνος· οὔθ' οὗτος οὐδενὸς ἕνεκα αὐτὸν ἐμισθώσατο, πλὴν ἵνα ἐκκέοιτο πρὸ τῶν ἐπωνύμων, καὶ πάντες ὁρῷεν, *neque ille calumniosus delator ad judicium affuit, cujus mihi diem dixerat.* Plura in Comment. Bud. *Ex edit.* HERVAG.

Μηκέτι καταφερέτωσαν] Τί οὖν τοσαυτάκις ἡ δίαιτα εἰς δικαστήριον καταφέρεται; Eo fortassis, quod non delecti, sed ex lege adhibiti fuerunt. WOLF. Recte rem vidit Wolfius, et optime distinxit inter Arbitros *compromissarios* et sorte vel *lege datos.* Eam distinctionem recepit Jus Romanum. In quo pariter non licet ad alium judicem provocare, si Arbitrium sit compromissarium. *Arbitrorum genera sunt duo, unum ejusmodi, ut sive aequum sit, sive iniquum, parere debeamus: quod observatur, cum ex compromisso ad arbitrum itum est.* l. 76. D. Pro socio. Plura Petitus Lib. IV. Tit. V. TAYLOR.

κζ΄. Ἔλαβε τὰς πεντήκοντα] Vid. Not. §. κδ΄. *fin.*

Ἀπέφηνεν] Quae hic iterum apparet vox, ἀπέφηνεν, supra, §. κγ΄. post med. debebat avertere Reiskium ab adsciscenda lectione ἀποφέρειν pro ἀποφαίνειν. SPALDING.

ἀπειλῶν τῶν τούτου, τηνικαῦτα τηλικαύτῃ καὶ τοιαύτῃ 546
συμφορᾷ περιπέπτωκεν [1] ἀδίκως ὑπὸ τούτου. εἶθ' ὑμεῖς τὸν οὕτως ὠμὸν, τὸν οὕτως ἀγνώμονα, τὸν τηλικαύτας δίκας λαμβάνοντα, ὧν αὐτὸς ἠδικῆσθαί φησι μόνον, — οὐ γὰρ ἠδίκητό γε —, τοῦτον, ὑβρίζοντα λαβόντες εἴς τινα τῶν πολιτῶν, ἀφήσετε, καὶ, μήθ' ἑορτῆς, μήτε ἱερῶν, μήτε νόμου, μήτ' ἄλλου μηδενὸς πρόνοιαν ποιούμενον, οὐ καταψηφιεῖσθε; οὐ παράδειγμα [2] τοῖς ἄλλοις ποιήσετε; καὶ τί φήσετε, ὦ ἄνδρες δικασταί; τίνα, [3] ὦ πρὸς τῶν θεῶν, ἕξετε εἰπεῖν πρόφασιν δικαίαν, ἢ καλήν; ὅτι νὴ Δία ἀσελγής ἐστι καὶ βδελυρός; ταῦτα γάρ ἐστι τἀληθῆ· ἀλλὰ μισεῖν ὀφείλετε, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, τοὺς τοιούτους [4] δήπου μᾶλλον, ἢ σώζειν. ἀλλ' ὅτι πλούσιός ἐστιν; ἀλλὰ τοῦτό γε τῆς ὕβρεως αὐτοῦ σχεδὸν αἴτιον εὑρήσετε ὄν, ὥστ' ἀφελεῖν τὴν ἀφορμὴν, δι' ἣν ὑβρίζει, προσῆκε μᾶλλον, ἢ σῶσαι διὰ ταύτην. τὸ γὰρ χρημάτων πολλῶν, θρασὺν καὶ βδελυρὸν, καὶ τοιοῦτον ἄνθρωπον, ἐᾶν εἶναι κύριον, ἀφορμήν ἐστιν ἐφ' ὑμᾶς αὐτοὺς δεδωκέναι.

κή. Τί οὖν ὑπόλοιπον; ἐλεῆσαι, νὴ [5] Δία. παιδία γὰρ παραστήσεται, καὶ κλαιήσει, καὶ τούτοις αὐτὸν ἐξαιτήσεται· τοῦτο γὰρ [6] ὑπόλοιπον. ἀλλ' ἴστε δήπου τοῦθ', ὅτι τοὺς ἀδίκως τι κακὸν πάσχοντας, ὃ μὴ δυνήσονται φέρειν, ἐλεεῖν προσήκει, οὐ τοὺς, ὧν πεποιήκασι δεινῶν, δίκην διδόντας. καὶ τίς ἂν ταῦτ' ἐλεήσειε δικαίως; ὁρῶν τὰ τοῦδε οὐκ ἐλεηθέντα ὑπὸ τούτου, ἃ τῇ τοῦ πατρὸς συμφορᾷ, χω-

[1] Deest ἀδίκως. T. [2] Desunt τοῖς ἄλλοις. T. [3] ὦ R. [4] Deest δήπου. T. [5] Δία; T. R. [6] λοιπὸν T.

Τοιαύτῃ συμφορᾷ περιπέπτωκεν ὑπὸ τούτου] Id est, περιβέβληται ὑπὸ τούτου, *dejectus est, et decidit. Ex edit.* Hervag.

Περιπέπτωκεν] Addunt Bar. et Aug. περιπέπτωκεν ἀδίκως. Bene, ut §. κή. Taylor.

Ἀγνώμονα] Vix mihi temperavi quo minus pro hoc vocabulo scriberem ἀσυγγνώμονα cf. infra p. 72. v. 2. τῶν ἀσυγγνωμόνων. Idem sensus τῷ ἀγνώμονι non nisi contorte mihi videtur tribui posse. Cf. Hesych. Suid. et Stephanus. Hic quæ loca affert Xenoph. et Sophoclis, aliam admittunt interpretationem. Rarius sane vocabulum ἀσυγγνώμων, sed eo ipso utor ad defendendum illud h. l. Spalding.

Παράδειγμα] Παράδειγμα τοῖς ἄλλοις iidem Codd. Recte. Taylor.

Τίνα] Plenius Editi et MSti καὶ τίνα, exceptis solis Aldinis, unde Wolfius sua expressit. Idem.

κή. Παιδία γὰρ παραστήσεται, καὶ κλαιήσει, καὶ τούτοις αὐτὸν ἐξαιτήσεται] *Liberos enim suos producet lacrymabundos, seu plorabit, eorumque misericordia seipsum supplicio eximi deprecabitur, sive a vobis servabit:* hoc est, eorumque lacrymis sese condonari postulabit. id enim est παραστήσασθαι, *in medium producere et excitare,* quod etiam ἀναβιβάσασθαι dicitur. ἐξαιτεῖσθαι autem τοὺς κρινομένους est *noxa et periculo reos eximere, ex reis eximere, rei pœnam deprecari gratia vel auctoritate,* hinc dicta ἐξαίτησις. *Ex edit.* Hervag.

ρὶς τῶν ἄλλων κακῶν, οὐδ' ἐπικουρίαν ἐνοῦσαν ὁρᾷ. οὐ γάρ ἐστιν ὄφλημα, ὅ τι χρὴ καταθέντα, ἐπίτιμον γενέσθαι
547 [1] τοῦτον, ἀλλ' ἁπλῶς οὕτως ἠτίμωται τῇ ῥύμῃ τῆς ὀργῆς καὶ τῆς ὕβρεως [2] τῆς Μειδίου. τίς οὖν ὑβρίζων παύσεται, καὶ, δι' ἃ ταῦτα ποιεῖ, χρήματα ἀφαιρεθήσεται, εἰ τοῦτον μὲν, ὥσπερ δεινὰ πάσχοντα, ἐλεήσετε· εἰ δέ τις, πένης ὢν, μηδὲν ἠδικηκὼς, ταῖς ἐσχάταις συμφοραῖς ἀδίκως ὑπὸ τούτου περιπέπτωκε, τούτῳ δὲ μὴ συνοργισθήσεσθε; μη-

[1] τουτονὶ R. [2] τοῦ T.

Ἁπλῶς] Idem est quod καθάπαξ. cf. not. §. κδ'. fin. Idem.

Τούτῳ δὲ] Forte cum Cl. Marklando τούτῳ δή. Taylor. Particula δὲ, quam apodosis alias admittere non videtur, cum sæpius tamen in antiquorum scriptorum codicibus ibi posita compareat, dubitationem hæc frequentia merito injecit Viris doctis, retinuitque eos sive ab inducenda illa, sive cum δὴ, aliave particula, permutanda. Vide de hac re F. A. Wolfium ad Demosth. Lept. §. ιζ'. fin. ubi spem facit prolixioris super hac re dissertationis, in qua haud dubie ex multiplici omnis generis lectione quam plurima veterum loca allaturus, inque iis aliquam sermonis faciem, pluribus communem, indagaturus est Vir doctissimus; quod ex mea longe tenuiori copia non nisi imperfecte admodum præstare potero. Cum tamen in paucis illis, quæ mihi se obtulerunt, locis, aliquid similitudinis mihi observasse videar, illud hic peritioribus proponam, ut videant an certæ normæ instar esse possit. Illud autem moneo, me in solis Atticis scriptoribus hic versari; Homeri aliorumque, sive anteriorum sive seriorum, rationem nullam habere. Duplex igitur genus constituo:

1) *Si duæ propositiones, extra protaseos et apodoseos formam spectatæ, oppositionis speciem per μὲν et δὲ exprimendam præbent; tum sermo, ubi formam illam induerit, μὲν abjicit, δὲ in apodosi servat.* Plat. Alcib. II. 10. (Biest. p. 164. extr.) ἐπειδὴ οὕτω σοι δοκεῖ σφόδρα δεινὸν εἶναι, ὥστ' οὐδὲ ῥητὸν εἶναι οὕτως εἰκῇ· δοκῇς δ' ἂν τὸν Ὀρέστην — τολμῆσαι ἄν τι τούτων διαπράξασθαι; Tolle hic formam protaseos et apodoseos, tolle quoque interrogationem; remanebant hæc: Σοὶ μὲν — οὐδὲ ῥητὸν εἶναι δοκεῖ τὸ πρᾶγμα· τὸν δὲ Ὀρέστην δοκεῖς τολμῆσαι αὐτὸ διαπράξασθαι. Sentisne vim oppositionis? quam, mutata quoque orationis forma, retineri et per δὲ exprimi mirum non videtur. Verum non semper per εἰ, ἐπειδὴ, aliasve ejusmodi particulas, sed per participium quoque sæpissime exprimitur protasis; neque hæc forma structuræ illius exemplis caret. Xenoph. Mem. III. 7. 8. θαυμάζω σου, εἰ (h. e. ὅτι) ἐκείνους (τοὺς πολιτικοὺς) ῥᾳδίως χειρούμενος (facile vincens disputando), τούτοις δὲ (τοῖς πολλοῖς) μηδένα τρόπον οἴει δυνήσεσθαι προσενεχθῆναι. Aliis verbis hoc idem est, ac si dixisset: θαυμαστὸν δὲ τοῦτο· ἐκείνους μὲν ῥᾳδίως ἑκάστοτε χειροῦ· τούτοις δὲ προσενεχθῆναι ὀκνεῖς. Nollem igitur a Schneidero in novissima sua præstante editione pro δὲ ex uno codice invectum esse γέ. Aliud exemplum habes apud Platonem: Rep. III. Steph. p. 393. e. Narratur ibi Chryses Homericus optare ἐκείνοις μὲν (τοῖς Ἕλλησι) τοὺς θεοὺς δοῦναι, ἑλόντας τὴν Τροίαν αὐτοὺς δὲ σωθῆναι· τὴν δὲ θυγατέρα οἱ αὐτῷ λῦσαι κ. τ. λ. Quid hic Achivis dari vult a diis Chryses? Scilicet hoc: ὡς τὴν μὲν Τροίαν ἑλεῖν, αὐτοὶ δὲ σωθεῖεν: gente Dardanus, Trojæ perniciem, Græcis salutem, precatur: non otiosa oppositio, quæ in participiali quoque constructione exprimi merebatur.

Ubicunque autem oppositio sive nulla prorsus sive otiosa tantum fingi potest, ibi δὲ illud, si in editiones nostras irrepsit, merito eliminandum censeo. Ejusmodi locum habes in Plat. Alcib. I. c. 34. (Biest. p. 129. lin. 1.) ubi ironice hæc profert Socrates: πρὸς τούτους (imperitos illos homines, qui tamen reip. gerendæ se immiscent) σὲ δεῖ βλέποντα, σαυτοῦ δὲ ἀμελεῖν. Non hic opponitur posterius priori; non dicit (ut primo fortasse intuitu videtur): *illos specta, te autem neglige*: sed posterius effectus est prioris. *Illos specta, illos imitare, et, prout illi faciunt, te ipse neglige, neque disce quidquam* &c. Merito igitur suspecta particula δὲ erat Stephano: non tamen expungenda solum, sed, ut magis elucescat illa, quam dixi, effectus notio, mutanda in δή: Illos spectans, te ipse *jam* debes negligere, neque discere &c.

2) Accedo ad alterum genus hujus

δαμῶς. Οὐδεὶς γάρ ἐστι δίκαιος τυγχάνειν ἐλέου τῶν μηδένα ἐλεούντων, οὐδὲ συγγνώμης τῶν ἀσυγγνωμόνων. Ἐγὼ γὰρ [1] οἴομαι πάντας ἀνθρώπους φέρειν [2] ἀξιοῦν παρ'

[1] οἶμαι T. [2] [ἀξιοῦν] R.

structuræ, quod eo se distinguit, quod *duplex* δὲ, alterum in protasi, alterum in apodosi apparet. Hoc fieri posse non credo, nisi *ubi tota propositio præcedentibus ita opponitur, ut utraque pars, protasis et apodosis, seorsim in præcedentibus habeat ad quod, per oppositionem, referatur.* Maxime hoc fit, ubi composita præcedit propositio alia, vel quæ saltem, quoad sensum, in protasin et apodosin facile distinguatur; ut adeo protasis protasi, apodosis apodosi opponatur. Cum vero hæc orationis forma passim occurrat, neque tamen nisi rarius duplex illud δὲ compareat, sed uno μὲν, unoque δὲ plerumque res absolvatur; apparet legem fuisse scriptoribus, quam secuti duplicem interdum oppositionem, repetitione particulæ adversativæ, manifestiorem redderent. Scilicet *esse debet in utraque propositione antithesis*, non grammatica illa, per μὲν et δὲ, oppositio, sed, quæ vulgo etiam illo nomine venit, rhetorica sive moralis *antithesis*, extra emphasin per ὅμως, *tamen*, exprimenda. Ut, si dicas: *Quæcunque sunt levia, libenter gestas; quæcunque autem ponderosa sunt, ea ne tentas quidem;* probe quidem opponuntur *levia* et *ponderosa*, *gestare* et *ne tentare quidem*, sed nulla intercedit antithesis, et uno adeo μὲν, unoque δὲ Græce res absolveretur. Sed permuta protases illas et sic pone: *Quæcunque sunt ponderosa, libenter gestas; quæcunque autem sunt levia, ne tentas quidem;* — antithesin habes; et, præcedentibus duobus μὲν, posterius ita exprimendum: ἃ δέ ἐστι κοῦφα, τούτων δὲ οὐδὲ πειρᾷ. Ut autem hujus rei exemplum habeas extra omnem corruptionis suspicionem positum, locum afferam Platonis in quo non solum duplex illud δὲ sed *duplex quoque* μὲν in priori propositione comparet. Est illud in Menonis c. 34. (Biest. p. 53.) οὗτος οὐκ ἄν ποτε, οὗ μὲν ἔδει δαπανώμενον διδάσκειν, ταῦτα μὲν ἐδίδαξε τοὺς παῖδας τοὺς αὑτοῦ· οὗ δὲ οὐδὲν ἔδει ἀναλώσαντα ἀγαθοὺς ἄνδρας ποιῆσαι, ταῦτα δὲ οὐκ ἐδίδαξεν. Oppositionem inter δαπανώμενον et οὐδὲν ἀναλώσαντα, interque ἐδίδαξεν et οὐκ ἐδίδαξεν vides; eam tamen unum μὲν in priori et unum δὲ in posteriori protasi rite absolveret, nisi simul intercederet *antithesis*, quæ geminatis particulis magis elucescit. Particulam μὲν necessario iterandam ubique esse, exemplis destitutus, neque negem, neque affirmem. Est tamen, ubi bis poni non possit, quia prior propositio in protasin et apodosin diserte non est destincta; et ex hoc quidem numero est Demosthenis locus, cujus occasione totam hanc disputationem institui. τίς ὑβρίζων παύσεται, εἰ τοῦτον μὲν (Midiam) ὥσπερ δεινὰ πάσχοντα ἐλεήσετε· εἰ δέ τις πένης ὤν, μηδὲν ἠδικηκὼς, ταῖς ἐσχάταις συμφοραῖς περιπέπτωκε, τούτῳ δὲ οὐ συνοργισθήσεσθε. Hic prius illud εἰ, ut a παύσεται pendens, removeas velim et locum ipsum a τοῦτον ordiaris. Vides verba: εἰ δέ τις πένης — περιπέπτωκεν opponi præcedenti τοῦτον, in qua voce hæc latet protasis prioris propositionis: εἰ μὲν Μειδίας ὁ πλούσιος καὶ βδελυρὸς πάσχει τι —. Verba autem οὐ συνοργισθήσεσθε opponuntur τῷ ἐλεήσετε. Antithesis est manifesta: contumeliosum et divitem miseramini, innocuum pauperemque non miseramini.

Et in hoc quoque genere locum proferam, ubi duplex non est oppositio, et tamen, spreta quam mihi invenisse videor norma, bis ponitur δέ. Est is in Demosth. Lept. (§. ιζ΄. fin.) eo ipso loco, ad quem F. A. Wolfium verba quædam de hac re fecisse supra monui. Et, quod magnum meæ opinioni præsidium accedit, Vir ipse doctissimus, etsi diserte mentem suam non explicet, sed, δὲ in apodosi non ubique delendum, modo pronuntiet, hic tamen illud ope duorum Codd. in δὴ mutat; ut ignoscendum sit, si jucundissima hinc mihi oriatur suspicio, me in idem fere cum illo incidisse, saltem prope ab ejus mente abesse. Locum describam: Καὶ γὰρ ἂν ἄλογον εἴη, μίαν μὲν πόλιν εἰ ἀπώλεσεν, ἢ ναῦς δέκα μόνας —, τὸν ἅπαντα ἂν ἀπολώλει χρόνον· ἐπειδὴ δὲ τοὐναντίον ἑπτακαίδεκα μὲν πόλεις εἷλεν, ἑβδομήκοντα δὲ ναῦς ἔλαβε — τηνικαῦτα δὲ οὐκ ἔσται κύρια αὐτῷ τὰ δοθέντα ἐπὶ τούτοις. Hic probe quidem opponuntur *una urbs amissa* et *septendecim urbes captæ* &c.; apodoses autem non item: utraque enim de malis et pœnis loquitur. Quodsi alterum imperatorum multatum, alterum præmio ornatum, et quidem, per antithesin, illud in felice hoc in infelice contra jus fasque commissum esse demonstrasset orator; tum post τηνικαῦτα recte posuisset δέ. Buttmann.

Ἐγὼ γὰρ οἶμαι] Verba sic ordino: Ἐγὼ οἶμαι πάντας ἀνθρώπους ἀξιοῦν φέρειν (ὅπως

αὐτῶν εἰς τὸν βίον αὐτοῖς ἔρανον παρὰ πάνθ', ὅσα πράττουσιν, [1] οὐ τοῦτον μόνον, ὃν συλλέγουσι, καὶ οὗ πληρωταὶ γίγνονταί τινες, ἀλλὰ καὶ ἄλλον, [2] οἷον· ἐγώ τις οὑτοσί.

[1] [οὐ τοῦτον ---- ἄλλον] R. [2] οἷον ἐγώ. τίς οὑτοσί; T. οἷον· ἐ. τ. οὑτοσί; R.

ἂν φέρωσιν οἱ δεόμενοι ἐν τοῖς δικαστηρίοις) αὐτοῖς (ἑαυτοῖς) παρ' ἑαυτῶν ἔρανον εἰς τὸν βίον παρὰ πάνθ', ὅσα πράττουσιν. Hoc est: Acta cujusque vitæ est ἔρανος, hoc est stips vel collecta, quam confert aliis, recepturus, cum opus fuerit: et hanc collectam omnes ab iis postulant, qui sui rationem haberi volunt. Puto, vocem ἑκάστους omissam a librario, et sic legendum: φέρειν ἑκάστους ἀξιοῦν. Sic fere Ovidius IV. de Ponto [III. 29.]

Quid facis, ah demens! Cur si Fortuna recedat,
Naufragio lacrymas eripis ipse tuo?

cum infido et obtrectatore amico expostulans. Wolf. De notione τοῦ ἐράνου, et quis sit πληρωτὴς ἐράνου, disputant bene multi, et locum idcirco præ manibus illustrant. Vid. Casaub. ad Athenæum VIII. 10. Ramirez de Prado, in Pentecontarch. c. 11. Spanhem. ad Callimach. Hymn. ad Cererem v. 73. Petit. ad LL. Attic. L. 5. tit. 7. Heraldum præcipue et Salmasium. Hunc de Usuris c. 3. iterumque pag. 679. in omissis, præcipue autem Observat. ad Jus Attic. et Rom. statim ab initio: Illum in Animadv. l. 6. c. 5. seqq. Taylor. Si vera hæc sit lectio, absurdam opinionem profert Orator. Nec enim omnes homines, sed boni solum, ἀξιοῦσι, æquum esse censent, ut præmium vita sua dignum a reliquis hominibus consequantur. Mali longe aliter sentiunt. Quod si legas ἄξιον pro ἀξιοῦν, planus erit sensus. *Ego enim opinor homines omnes ex seipsis dignam quasi stipem ad reliquam ferre vitam.* Mallim vero, deleto τῷ παρ', rescribere ἄξιον αὑτῶν. Jurin. Sic lego et intelligo totum hunc locum qui intricatissimus est: ἐγὼ γὰρ οἶμαι πάντας ἀνθρώπους φέρειν ἄξιον παρ' αὑτῶν εἰς τὸν βίον αὐτοῖς ἔρανον, παρὰ πάνθ' ὅσα πράττουσιν· οὐ τ. μ. ο. σ. κ. ο. π. γ. τινές, ἀλλὰ καὶ ἄλλον· οἷον ἐγώ. τίς οὑτοσί; *Ego enim puto omnes homines referre sibi in vitam ab ipsis* (i. e. in vitam ipsorum) *secundum omnia quæcunque faciunt, dignam collectam, (non eam solum quam colligunt et cujus sunt collatores quidam, sed etiam aliam) verbi gratia, ego. Quis est hic?* i. e. Quis sum ego quem vos videtis, Athenienses? Auger. Vocabulum ἀξιοῦν sollicitat Reiskius, quia non appareat infra in loco gemino. De tota hac sententiæ iteratione vide Præfationem. Verbum ἀξιοῦν retinendum puto, et ἀξιοῦσι φέρειν sensu ita jungendum, ut fere habeatur pro φέρουσι, non autem subjecta diversa intelligantur ad ἀξιοῦν et φέρειν, quod jubent fieri H. Wolfius et Reiskius. ἀξιῶ φέρειν apud Atticos est: *sustineo, volo ferre.* V. loca Isocratis in Mori Indice. Spalding.

Οὗ] Codd. Regg. α. β. et Obsop. ὧν. Proinde quasi olim hic scriptum fuisset, uti in loco, qui huic plane germanus et consimilis est, §. νά. οὐχὶ τούσδε μόνους, οὓς συλλέγουσί τινες, καὶ ὧν πληρωταὶ γίγνονται etc. Taylor.

Πληρωταὶ] Πληρωτὴς quid sit, ex ipso nostro loco discas. Est is, qui confert stipem, non autem, qui colligit. Posteriorem interpretationem habet Hesychius, ex recentiorum fortasse temporum usu. Harpocration ἀποδιδόντας τὸν ἔρανον dictos esse πληρωτὰς ait. Nisi et hic et in loco infra legendo mere ταυτολογεῖ orator, συλλέγειν aliud est, aliud πληροῦν ἔρανον. Spalding.

Ἄλλον] Locus ab οὐ τοῦτον ad ἀλλὰ καὶ ἄλλον abest ab August. pr. Potest ab eo allitus esse, qui conferret alterum illum infra positum. Ejicere tamen eum religio fuit, uncis tot verba notare nolui. Idem.

Οἷον ἐγὼ] Lege mecum: ἀλλὰ καὶ ἄλλον. οἷον, ἐγώ τις οὑτοσί; μέτριος πρὸς ἅπαντάς εἰμι etc. *Sed etiam aliam. Exempli gratia: Ego ille qualisnam? Æquus, comesque erga omnes.* Mox, v. 2. p. 74. pro ταῦτα, ταὐτὰ cum marg. Benen. et Ital. Taylor. Ex §. νά. patet, hunc locum ita distinguendum esse: καὶ ἄλλον. οἷον· Ἐγώ τις οὑτοσὶ, μέτριος πρὸς ἅπαντάς εἰμι, ἐλεήμων, εὖ ποιῶν τοὺς πολλούς; ἅπασι — ταὐτὰ — παραστῆ. Ἕτερος οὑτοσί τις, βίαιος — ἀνθρώπων; τούτῳ — ὑπάρχειν. Confer loca. Hanc distinctionem Wolfius non videns in Versione sua Demosthenem inducit de se ipso putide καυχώμενον. Rectiora eum docere potuisset vocabulum τις, per quod Demosthenes innuit *quemvis, quemlibet* transferre in *se* posse hanc gnomen, et *se ipsum* interrogare: *Ego hicce sumne æquus — erga omnes? Omnes igitur par est eadem tali rependere.* Et ita in sequenti sententia, de alio *quolibet. Alter hicce, quicumque sit, estne violentus* etc. Markland. Positus hic τοῦ τις obscuriorem mihi reddit vocem. Mallem, ut mox οὑτοσί τις, post οὑτοσὶ apparere. Sensus tamen certus: "Ego hujusmodi fere sum." Primam

μέτριος πρὸς ἅπαντάς εἰμι, ἐλεήμων, εὖ ποιῶν πολλούς. ἅπασι προσήκει τῷ τοιούτῳ [1]ταὐτὰ εἰσφέρειν, ἐάν που καιρὸς, ἢ χρεία παραστῇ. ἕτερος οὑτοσί [2]τις· Βίαιος, [3]ὠμὸς, οὐδένα οὔτ' ἐλεῶν, οὔθ' ὅλως ἄνθρωπον [4]ἡγούμενος. τούτῳ τὰς αὐτὰς φορὰς παρ' ἑκάστου δίκαιον ὑπάρχειν. σὺ [5]δὴ, πληρωτὴς τοιούτου γεγονὼς ἐράνου σεαυτῷ [6]τουτονὶ δίκαιος εἶ συλλέξασθαι.

κθ'. Ἡγοῦμαι τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ εἰ μηδὲν ἔτ' ἄλλο κατηγορεῖν [7]εἶχον Μειδίου, μηδὲ δεινότερα ἦν, ἃ μέλλω λέγειν, ὧν εἴρηκα, δικαίως ἂν ὑμᾶς ἐκ τῶν εἰρημένων [8]καταψηφίσασθαι καὶ τιμᾶν αὐτῷ τῶν ἐσχάτων. οὐ μὴν ἐνταῦθ' ἕστηκε τὸ πρᾶγμα, οὐδ' ἀπορήσειν μοι δοκῶ τῶν μετὰ ταῦτα. τοσαύτην ἀφθονίαν οὗτος πεποίηκε κατηγοριῶν. ὅτι μὲν δὴ λειποταξίου γραφὴν κατεσκεύασε κατ' ἐμοῦ, καὶ τὸν τοῦτο ποιήσοντα ἐμισθώσατο, τὸν μιαρὸν καὶ λίαν εὐχερῆ, τὸν κονιορτὸν, Εὐκτήμονα, ἐάσω. καὶ γὰρ οὔτ' ἀνεκρίνετο ταύτην ὁ συκοφάντης ἐκεῖνος, οὔθ' οὗτος οὐ- 548

[1] ταῦτα T. [2] τις; T. R. [3] Deest ὠμός. T. [4] ἡγούμενος ἄνθρωπον T.
[5] δὲ, πλ. τοῦ τοιούτου T. [6] τοῦτον T. [7] εἶχον κατηγορεῖν T. [8] καὶ καταψ. T.

personam cave ad Demosthenem trahas; est in genere dictum, quod loco gemino patet. SPALDING. Sed vide Not. §. νά.

Βίαιος] Βίαιος, ὠμὸς Ben. Var. Aug. Quod præstat. TAYLOR.

Δὴ] Lege δὲ cum Ital. Nam concludendi vim habet. Locus est συμπερασματικός. IDEM.

Τοῦτον δίκαιος] M. ταὐτὸν, eundem. AUGER.

κθ'. Καὶ καταψηφίσασθαι] Dele καὶ cum Baroc. Natum est enim ex voce, quæ sequitur. TAYLOR.

Οὐ μὴν ἐνταῦθ' ἕστηκε τὸ πρᾶγμα] *Nec vero hactenus negotium procedit, nec tamen hic res insistit*, sed porro progreditur. de οὐ μὴν, καὶ, οὐ μὴν, ἀλλὰ, vide Bud. in Comment. *Ex edit.* HERVAG.

Τὸν κονιορτὸν Εὐκτήμονα] Ad discrimen alterius fortassis Εὐκτήμονος, cujus fit mentio in Androtiana et Timocratea. Κονιορτὸν autem cognomentum esse puto τοῦ μιαροῦ καὶ λίαν εὐχεροῦς, ut si dicat hominem pluma leviorem. Κόνις est *Pulvis*, κονιορτὸς *pulvis a vento concitatus*, παρὰ τὸ ὄρσαι τὴν κόνιν. Quid si turbinem dicas? WOLF. Explicationem hanc mutuo sumsit a Scholiaste. Verum uterque falli videtur. Ἐπικλήσεις antiquorum plurimæ (*noms de guerre* vocant Galli) festive explicantur a duobus Comicis vetustioribus, Aristophonte sc. [apud Athenæum l. 6. p. m. 120.] et Anaxandride [ib. 122.] et bene mehercule factum, ut inter eas conservaretur quoque vox Κονιορτὸς, quam non a *levitate*, verum a *squallore* inditam discimus:

Πνίγος ὑπομεῖναι, καὶ μεσημβρίας λαλεῖν;
ΤΕΤΤΙΓΞ. ἐλαίῳ μήτε χρῆσθαι, μήθ' ὁρᾶν;
ΚΟΝΙΟΡΤΟΣ. ἀνυπόδητος ὄρθρου περιπατεῖν;
ΓΕΡΑΝΟΣ. καθεύδειν μηδὲ μικρόν; ΝΥΚΤΕΡΙΣ.

Et rursus:

χαίρει τις αὐχμῶν ἢ ῥυπῶν;
Κονιορτὸς ἀναπέφηνεν. — TAYLOR.

Docet Taylorus ex reliquiis Comicorum apud Athenæum, κονιορτὸν appellatum fuisse, si quis gauderet sordibus et squallore. Absque hac auctoritate esset, a levitate potius hominem cognominatum, cum H. Wolfio crederem. SPALDING.

Καὶ γὰρ οὔτ' ἀνεκρίνετο ταύτην ὁ συκοφάντης ἐκεῖνος] *Neque enim ille calumniator ad diem affuit percunctationis solennis, ut rogaretur a magistratu*, quod perinde valet ac si diceret, accusationem pro derelicto

δενὸς ἕνεκα αὐτὸν ἐμισθώσατο, πλὴν ἵν' ἐκκέοιτο πρὸ τῶν ἐπωνύμων, καὶ πάντες ὁρῷεν· Εὐκτήμων Λουσιεὺς ἐγράψατο Δημοσθένην Παιανιέα λειποταξίου. καί μοι δοκεῖ κἂν προσγράψασθαι τοῦθ' ἡδέως, εἴ πως ἐνῆν, ὅτι Μειδίου μισθωσαμένου γέγραπται. ἀλλ' ἐῶ τοῦτο. ἐφ' ᾗ γὰρ ἐκεῖνος ἑαυτὸν [1]ἠτίμωκεν οὐκ ἐπεξελθών, οὐδεμιᾶς ἔγωγ' ἔτι προσδέομαι δίκης, ἀλλ' ἱκανὴν ἔχω.

λ'. Ἀλλ' ὃ καὶ δεινὸν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ σχέτλιον, καὶ κοινὸν ἔμοιγ' ἀσέβημα, οὐκ ἀδίκημα μόνον, τούτῳ πεπρᾶχθαι δοκεῖ, τοῦτ' ἐρῶ· τῷ γὰρ ἀθλίῳ καὶ ταλαιπώρῳ κακῆς καὶ χαλεπῆς συμβάσης αἰτίας Ἀριστάρχῳ τῷ Μόσχου, τὸ μὲν πρῶτον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κατὰ τὴν ἀγορὰν περιιὼν, ἀσεβεῖς καὶ δεινοὺς λόγους ἐτόλμα περὶ ἐμοῦ λέγειν, ὡς ἐγὼ τὸ πρᾶγμά εἰμι τοῦτο [2]δεδρακώς. ὡς δ' οὐδὲν ἤνυε τούτοις, προσελθὼν τοῖς ἐπ' ἐκεῖνον ἄγουσι τὴν αἰτίαν

[1] ἠτίμωκεν αὐτὸν T.

[2] δεδρακὼς τοῦτο T.

habuit, cujus rei mulcta erat ignominiæ nota. erat enim simile aliquid jurisjurandi de calumnia. Erat autem in causis capitalibus ἀνάκρισις, cum delato nomine rei receptoque accusator interrogabatur a magistratu, an omnino constituisset accusationem prosequi, reumque peragere, an testes aut testimonia exhiberi postularet, et alia eodem pertinentia. idque ἀνακρίνειν a percunctando dicebatur. Ex Annotationibus posterioribus in Pandect. de quo verbo plura etiam in Comment. Bud. *Ex edit.* Hervag.

Οὔτ' ἂν ἐκρίνετο] F. οὔτ' ἀνεκρίνετο ταύτην, sc. τὴν γραφὴν, *non disquisivit, criminis nullam inquisitionem suscepit.* Wolf. Editt. superiores præter Parisinam ἂν ἐκρίνετο. Male. Correxit Wolfius. Insederat etiam antiquitus in Demosthenis Codd. eadem prava lectio, a qua cavendum esse docet Scholiastes ad locum, qui etiam ibidem bene explicat, quid sit Ἀνάκρισις. Wolfius vim vocis in Interpretatione non expressit, neque enim potuit. Taylor. Ἔστιν ἡ ἀνάκρισις τὸ τοιοῦτον· ὅτε (f. ὅταν) τις ἀποδῆται γραφὴν, ἀνακρίνεται (ἐξετάζεται) πρὸ τοῦ δικαστηρίου παρὰ τοῖς ἄρχουσιν· εἰ ἐπέξεισιν; εἰ μάρτυρας ἔχει; εἰ χρήζει τοῦ παρεῖναί τινα; Ulpian. Spalding.

Πλὴν ἵνα ἐκκέοιτο πρὸ τῶν ἐπωνύμων] Ex hoc loco satis patet, morem illum proponendi programmatis Athenis etiam fuisse. ἐκκέοιτο enim significat *expositum esse et proscriptum.* et in Orat. κατὰ Θεοκρίνου satis annotatum est, ἐκκειμένους esse τοὺς φαινομένους, hoc est, reos, qui *pendentes* Latinis dicuntur. Plura vide in Annot. in Pandect. *Ex edit.* Hervag.

Ἐπωνύμων] Ἀνδριάντες ἦσαν τῶν ἡρώων, ἀφ' ὧν καὶ αἱ φυλαὶ ἐπώνυμοι ἦσαν. Ulpian. ad Leptineam. Collocatæ erant hæ statuæ in Ceramico urbico, prope curiam Quingentorum. Exponebantur ante statuas has leges rogandæ, et quicquid cum populo debebat communicari. Cf. F. A. Wolfius in Proll. ad Lept. p. 387. vol. II. Spalding.

Ἠτίμωκεν] Σοφιστικῶς συνήγαγεν· ὁ μὴ ἐλέγξας ἐν δικαστηρίοις ἀτιμοῦται. οὗτος δὲ μὴ ἐπεξελθὼν, ἑαυτοῦ κατέγνω (videl. ἀτιμίαν). Ulpian. Idem.

λ'. Μόσχου] Ἦν τὸ πρᾶγμα τοιοῦτον. Νικόδημός τις ἐκκοπεὶς τοὺς ὀφθαλμοὺς εὑρέθη νεκρὸς, Εὐβούλου τοῦ πολιτευομένου ὢν εἰς τὰ μάλιστα φίλος. ἐπεὶ οὖν ἐπολέμει (ὁ Εὔβουλος) τῷ ῥήτορι, καὶ οὗτος ἐκείνῳ ἐκ πολιτείας, ὑπωπτεύθη (ὁ ῥήτωρ), ὡς πείσας νέον ὄντα τὸν Ἀρίσταρχον ἐπιθέσθαι τῷ Νικοδήμῳ, καὶ διαφθεῖραι. — Σκοπεῖν ἄξιον τὴν ὑπερβολὴν τῆς φρονήσεως· οὔτε γὰρ φανερῶς ὡς κατήγορος (τοῦ Ἀριστάρχου) λέγει, φίλος γὰρ ἦν· οὔτε ὡς ἀπολογούμενος, ὕποπτον γὰρ (αὐτοῦ τοῦ Δημοσθένους, ὡς συμπράκτορος τοῦ φόνου τῷ Ἀρ. γεγονότος). ἀλλὰ μέσως ἀμφοῖν ἐχώρισεν· ἡ δὲ αἰτία, ἄδηλος, εἰ ἀληθής ἐστιν ἢ ψευδής. Ulpian. Idem.

